

ΕΒ  
Σ/108



April. 20. 142.596

# QUAESTIONES GRAMMATICAES

AD

## THUCYDIDEM PERTINENTES.

BIBLIOTHECA

ΕΥΛΟΓΙΟΥ ΚΟΥΡΙΑΑ

ΛΑΥΡΙΩΤΟΥ

ΑΥΞΩΝ ΑΡΙΘ.

AUCTAS ET CORRECTAS ITERUM EDIDIT


IOANNES MATTHIAS STAHL.


EG

LIPSIAE,  
IN AEDIBUS B. G. TEUBNERI.

MDCCLXXXVI.

ΓΑΛΕΡΕΙΑ ΙΩΑΝΝΙΝΩΝ  
ΒΙΒΛΙΟΘΗΚΗ  
Μητροπολιτική  
ΕΥΛΟΓΙΟΥ ΚΟΥΡΙΑΑ





Luculenter Madvignis, rerum grammaticarum acutissimus iudex, in Adversariis criticis I p. 162—182 docuit nudum aoristi infinitivum a dicendi aut putandi verbis pendentem ubique praeteriti vi instructum neque usquam ad futurum tempus referendum esse.<sup>1)</sup> Cuius argumenta quamquam eam vim habent ut de iis dubitare, vix liceat, tamen inveteratos errores tollere tam difficile est ut operae pretium facturus esse mihi videar, si eam quaestionem, quatenus ad Thucydidem pertinet, ita retractaverim ut causis quas ille attulit alias addam quibus sententia eius confirmetur. Priusquam autem ad propositum accedam, pauca de ratione videntur praemonenda esse quam in eiusmodi quaestionibus sequendam esse ipsa earum natura docet. Fuerunt enim qui eam viam inirent ut veteribus scriptoribus ea in usu fuisse dicerent quorum causam satis probabilem sibi explorasse visi essent. Quam viam equidem a vero abducere credo. Cum enim ea sit linguarum natura ut a

1) Aliquot tamen locos pro corruptis Madvigius habet qui emendatione non egent. Nam quod in Soph. Ai. 1081 sqq. ὅπου δ' ὑβρίζειν δρᾶν θ' ἡ βούλεται παρῇ — ταύτην νόμιξε τὴν πόλιν ποτὲ — ἐξ οὐρίων δραμοῦσαν ἐς βυθὸν πεσεῖν male putat Hermannum aoristum πεσεῖν pro empirico accepisse, quod talis infinitivus aoristi non reperiatur, non modo participium aoristi hoc modo invenitur apud Th. I 122, 4. Aesch. Ag. 967, sed etiam ipsius infinitivi exemplum deprehendisse mihi visus sum in Hom. Od. III 318 sqq. κεῖνος γὰρ νέον ἄλλοθεν εἰλήλουθεν — ἐν τῶν ἀνθρώπων ὅθεν οὐκ ἔλποτό γε θυμῷ — ἐλθέμεν ὅντινα πρῶτον ἀποσφῆλωσιν ἀελλαι; verbo enim ὅθεν . . . ἐλθέμεν unde non crederet (modus potentialis praeteriti, de quo antiquiore optativi nudi et cum ἐν iuncti usu cf. Od. XIII 248. II. I 232. IV 223. V 45. Herod. I 70. IX 71) redire solere. Deinde incorruptus est versus Eur. Or. 1527 μῶρος εἴ δοκῶν με τλῆναι σὴν καθαιμάξαι δέρην, i. e. stultus es, si putas me conatum esse (propositum habuisse) cervicem tuam cruentare. Hom. autem Od. IV 253 sq. καὶ ὕμοσα καρτερὸν ὅρκον — μὴ μὴν πολὺ Ὀδυσῆα μετὰ Τρώεσσ' ἀναφῆναι eandem interpretationem habet atque Dem. XXIII 170, quo de loco infra p. 16 sermo erit. Ibidem dicetur de Lys. XIII 16. 47.



ratione quidem usus proficiscatur, neque tamen omnes quotquot fingi possunt cogitandi rationes dicendi usu exprimantur, primum quid scriptum sit sciendum est, deinde cur ita scriptum sit indagandum. Illud autem praeter veterum grammaticorum doctrinam aliunde fere cognosci nequit nisi ex librorum manu scriptorum memoria. At grammaticorum praexcepta magis ex ipsorum arbitrio quam ex usu scriptorum diligenter observato fluxisse dicunt, librorum autem auctoritatem valde dubiam esse. Exempla enim de quibus agatur in terminationibus potissimum consistere quae velut — σαι — σειν, — σασθαι — σεσθαι propter errandi facilitatem tam saepe a librariis permutatae sint ut prorsus incertae sint fidei. Non nimis confidendum esse grammaticorum iudicio concedere oportet neque in singulis locis standum esse librorum auctoritate. At est quidam bona aetatis librorum, si omnia spectamus, consensus minime neglegendus, a quo ubi receditur, iusta suspicionis causa est. Eum consensum locis numerandis facile ostendere licet. Praeterea maximi momenti sunt eae verborum formae quarum permutatione librariis non facilis erat. Eae enim ubi comparent, libri genuinam scripturam servare solent, iisque loci pro fundamento quaestionis cuiusque habendi sunt. Normam igitur ad quam dicendi usum dirigamus hanc constituere licet ut quae paucis tantum locis praeter communem librorum consensum inveniantur neque in formis ad mutandum difficilibus appareant reicienda esse censeamus, ea autem pro vere traditis accipiamus in quibus librariorum incuria erratum esse non facile liceat cogitare.

Observatio qua Madvigii sententiam confirmaturi sumus ad enuntiata spectat condicionalia quae a verbo dicendi aut putandi pendeant. Quorum multa ita comparata sunt ut ἀν infinitivo, nisi is futuri temporis sit, additum esse oporteat. Ac primum quidem monendum est ἀν in enuntiatis aliunde pendentibus locum non habere, nisi ad verba dicendi putandi sentiendi pertineant, alienum esse ab iis quae aliud verbum sequantur. Sentiendi autem verbis, nisi cum ὅτι vel ως iunguntur, participium, putandi et dicendi verbis infinitivus aptus est. Eiusmodi enuntiata, si condicioni subiecta sunt quae nudo optativo enuntiatur, ἀν particula in infinitivis praesentis et aoristi carere plerumque non posse exempla docent. Sunt autem haec: I 10, 2 Λακεδαιμονίων γὰρ εἰ ἡ πόλις ἐρημωθείη; λειφθείη δὲ τά τε οἰρά καὶ τῆς κατασκευῆς τὰ ἐδάφη, πολλὴν ἀν οἷμαι ἀπιστίαν τῆς δυνάμεως .. εἶναι, 57, 5 νομίζων, εἰ ἔνυμαχα ταῦτα ἔχοι .., ὁδὸν ἀν τὸν πόλεμον μετ' αὐτῶν ποιεῖσθαι, 136, 4 ἐκεῖνον δ' ἀν, εἰ ἐκδοίη αὐτόν, .. σωτηρίας ἀν τῆς



ψυχῆς ἀποστερῆσαι, II 81, 5 ἡγησάμενοι, μεμονωμένων εἰ κρατήσειαν,  
οὐκ ἀν ἔτι σφίσι τοὺς Ἐλληνας ὄμοιως προσελθεῖν, III 30, 3 εἰ οὖν  
προσπέσσομεν ἄφνῳ τε καὶ νυκτός, ἐλπίζω μετὰ τῶν ἔνδον . . κατα-  
ληφθῆναι ἀν τὰ πράγματα, IV 31, 2 ὁ ἐνόμιζον σφίσιν ὀφέλιμον  
ἄν εἶναι, εἰ καταλαμβάνοι ἀναχώρησις βιαστέρα, 69, 1 νομίζοντες,  
εἰ πρὸν ἐπιβοηθῆσαν τινας ἐξέλοιεν, θᾶσσον ἀν καὶ τὰ Μέγαρα προσ-  
χωρῆσαι, V 8, 3 εἰ γὰρ δεῖξει τοῖς ἐναντίοις τό τε πλῆθος καὶ τὴν  
ὅπλισιν ἀναγκαῖαν οὖσαν τῶν μεθ' ἑαυτοῦ, οὐκ ἀν ἥγετο μᾶλλον  
περιγενέσθαι, 8, 4 οὐκ ἀν νομίζων αὐτοὺς ὄμοιως ἀπολαβεῖν αὐθις  
μεμονωμένους, εἰ τύχοι ἐλθοῦσαν αὐτοῖς ἡ βοήθεια, 32, 3 εἰ σφίσιν  
προσγένοιτο, νομίζοντες ἀπασαν ἀν ἔχειν Πελοπόννησον, 37, 2 νομίζειν  
γὰρ ἀν τούτον προχωρήσαντος ὁρδίως ἥδη καὶ πολεμεῖν καὶ σπένδε-  
σθαι καὶ πρὸς Λακεδαιμονίους, εἰ βούλοιντο, . . καὶ εἴ τινα πρὸς  
ἄλλον δέοι, 39, 2 ἐλπίζοντες οἱ Λακεδαιμόνιοι, εἰ Πάνακτον Ἀθη-  
ναῖοι παρὰ Βοιωτῶν ἀπολάβοιεν, κομίσασθαι ἀν αὐτοὶ Πύλου, VI 11 2  
Σικελιῶται δ' ἀν μοι δοκοῦσιν . . καὶ ἔτι ἀν ἥσσον δεινοὶ ἡμῖν  
γενέσθαι, εἰ ἄφειαν αὐτῶν Συρακόσιοι, 28, 2 νομίσαντες, εἰ αὐτὸν  
ἔξελάσσειαν, πρῶτοι ἀν εἶναι, 37, 2 μόλις ἀν μοι δοκοῦσιν, εἰ πόλιν  
ἔτεραν τοσαύτην ὅσαι Συράκουσαι εἰσιν ἔλθοιεν ἔχοντες καὶ ὄμορον  
οἰκήσαντες τὸν πόλεμον ποιοῦντο, οὐκ ἀν παντάπασι διαφθαρῆναι,  
VII 6, 4 ἐκείνους τε καὶ παντάπασι ἀπεστερηκέναι (i. e. φροντί-  
σθείσκοντες), εἰ καὶ κρατοῦεν, μὴ ἀν ἔτι σφᾶς ἀποτελέσσαι, VIII 47, 1  
πεῖσαι δ' ἀν ἐνόμιζε μάλιστα ἐκ τοῦ τοιούτου, εἰ Τίσσαφέρνης φαίνοιτο  
αὐτῷ ἐπιτήδειος ὅν. Idem in participis valere apparet ex VI 64, 1  
εἰδότες οὐκ ὄμοιως δυνηθέντες, εἰ ἐκ τῶν νεῶν πρὸς παρεσκευασ-  
μένους ἐκβιβάζοιεν, VII 42, 4 ὅρῶν . . , εἰ κρατήσει τις τῶν τε  
Ἐπιπολῶν τῆς ἀναβύσσεως καὶ αὐθις τοῦ ἐν αὐταῖς στρατοπέδου,  
ὁρδίως ἀν αὐτῷ ληφθέν. Praeterea in sententia condicioni subiecta  
rius εἰ cum optativo παῖδες futuri infinitivus aut particirium ponitur.  
Cf. II 7, 3. III 62, 4. V 14, 3. 40, 2. VI 33, 2. 56, 3. VII 4 4.  
Ubi autem praeter futurum tempus ἀν abest, sententiam non ita  
ad conditionem referri apparet ut non valeat nisi ea impleta. In  
diobus enim quae ostant huius generis exemplis dubitatione non  
obnoxii: IV 11, 4 τριηράρχον γὰρ καὶ ὅρῶν τοῦ χωρίου χαλεποῦ  
ὅντος τοὺς τριηράρχους καὶ κυβερνήτας, εἴ τις καὶ δοκοῦ δυνατὸν  
εἶναι σχεῖν, ἀποκνοῦντας καὶ φυλασσομένους τῶν νεῶν μὴ ἔνυτροισιν  
εἰ VII 6, 1 νομίζοντες, καὶ εἰ ἐκεῖνοι μὴ ἐθέλοιεν μάχης ἄρχειν,  
ἀναγκαῖον σφίσιν εἶναι μὴ περιορᾶν παροικοδομούμενον τὸ τεῖχος νο-

1) Similis emphasis schemata leguntur III 83, 4. V 40, 3. VIII 60, 4.  
Plat. Phaed. 76 b.



ex *καὶ* concessivo quod *εἰ* particulae additum est palet sententiam ad quam condicio spectat suapte vi constare. Eadem omissi ἀν causa esse perspicitur VI 86, 5 *νομίσαι τε τοῦδε μὲν καὶ ἄνευ ξυμάχων αἱεὶ ἐφ' ὑμᾶς ἔτοιμην διὰ τὸ πλῆθος εἶναι ὁδόν*, ubi ἄνευ ξυμάχων condicionis vice fungitur. Reliqua autem quae proferri possunt ἀν omissi exempla temporis etiam ratione, ut vidēbimus, suspecta sunt.

Neque aliter res se habet, si condicioni exprimendae ἔν vel ἦν cum coniunctivo adhibetur. Nisi enim infinitivus futuri ponitur, cuius exempla afferre supersedeo, ἀν infinitivo (nam participii exempla apud Thucydidem non inveni) adiungi solet. Exempla huius generis haec sunt: IV 19, 2 *νομίζομέν τε τὰς μεγάλας ἔχθρας μάλιστ' ἀν διαλύεσθαι βεβαίως*, οὐκ ἦν ἀνταμυνόμενός τις . . μὴ ἀπὸ τοῦ ἵσου ξυμβῆ, ἀλλ' ἦν . . μετρίως ξυναλλαγῆ, VI 49, 2 *αἰφνίδιοι δὲ ἦν προσπέσωσιν*, . . μάλιστ' ἀν σφεῖς περιγειέσθαι καὶ κατὰ πάντα ἀν αὐτοὺς ἐκφοβῆσαι, 96, 1 *νομίσαντες*, ἐὰν μὴ τῶν Ἐπιπολῶν προτίσσωσιν οἱ Ἀθηναῖοι, . . οὐκ ἀν ὁρδίως σφᾶς . . ἀποτελεσθῆναι.<sup>1)</sup> Ubi ἀν omittitur, causa eius rei facile cognosci potest. IV 3, 3 οἱ δὲ πολλὰς ἔφασσαν εἶναι ἀνρας ἐρήμους τῆς Πελοποννήσου, ἦν βούληται καταλαμβάνων τὴν πόλιν δαπανᾶν sententia ad quam condicio spectat praeter eam suapte vi constat. Aliter comparatus est locus VI 49, 2 τὸ γὰρ πρῶτον πᾶν στρατευμα δεινότερον εἶναι ἦν δὲ χρονίσῃ ποὶν ἐξ ὄψιν ἐλθεῖν, τῇ γράμμῃ ἀναθαρροῦντας ἀνθρώπους καὶ τῇ ὄψι καταφρονεῖν μᾶλλον. Cum enim facile pateat in exemplis modo prolatis infinitivo cum ἀν in oratione obliqua posito respondere in oratione recta eiusdem temporis optativum cum ἀν, nudo infinitivo futuri eiusdem temporis indicativum, hoc loco sententia generalis in oratione recta indicativum praesentis postulat: ἦν δὲ χρονίσῃ, ἀνθρώποι καταφρονοῦν μᾶλλον. Neque negari potest eadem ratione infinitivum condicioni nudo optativo enuntiatae subiectum ἀν particula carere posse. De re praeterita enim in sententia generali optativo Graeci utuntur. Itaque VIII 66, 2 εἰ δέ τις καὶ ἀντείποι, εὐθὺς . . ἐτεθνίκει in oratione obliqua hanc formam indueret εἰ δέ τις καὶ ἀντείποι, ἐλεγεν εὐθὺς αὐτὸν τεθρηκέναι. Neque aliter res se habet, si talis optativus obliquus est pro coniunctivo generali positus, cui generi adscribere licet exemplum IV 11, 4 alia de causa supra allatum,

1) Alienum est VII 77, 6 ἦν ἀντιλαβόμενά τον φίλιον χωρίον . . , ἥδη τομίζετε ἐν τῷ ἔχυρῳ εἴται, ubi condicio non ad ἐν τῷ ἔχυρῳ εἶναι, sed ad τομίζετε refertur.



ubi oratio recta ἦν πῃ καὶ δοκῇ δυνατὸν εἶναι σχεῖν, ἀποκνοῦσι postulat. Hic igitur duabus de causis ἀν abesse debet. Quod igitur his locis ne oratio quidem recta in apodosi ἀν admittit, idem in reliqua omissi ἀν exempla valet. Adscribam ea in orationem rectam conversa: IV 3, 3 πολλάτε εἰσιν ἄκραι ἐρήμοι τῆς Πελοποννήσου, ἦν βούληται καταλαμβάνων τὴν πόλιν δαπανᾶν, VII 6, 1 καὶ ἦν ἔκεινοι μὴ ἐθέλωσι μάχης ἄρχειν, ἀναγκαῖον αὐτοῖς ἐστιν μὴ περιορᾶν παροικοδομούμενον τὸ τεῖχος.

Similem vim atque ἔάν cum coniunctivo habet εἰ cum indicativo futuri. Infinitivus futuri in enuntiato a verbo putandi vel dicendi pendente sequitur III 32, 2. IV 120, 3 (cum Kruegero εἴ τε τεθῆσεται legendum est) VIII 86, 7 aliisque locis, ἀν cum inf. praes. hoc: VI 34, 2 εἰ τάδε προήσονται, καν σφεῖς ἐν πόνῳ εἶναι. Diversum autem est VIII 45, 5 τὰς δ' ἄλλας πόλεις ἔφη ἀδικεῖν . . . εἰ μὴ καὶ νῦν τοσαῦτα . . . ἐθελήσουσιν ἐσφέρειν. Nam cum urbes pecuniam non dare paratae sint, sed postulent (4), revera iniuste iam agunt, qua iniuria desistent, si contribuere voluerint. Itaque quod iniuste agunt non omnino ab apposita condicione repetendum est, sed praeter eam etiam vim habet. Cf. VI 80, 3 μαρτυρόμεθα ἄμα, εἰ μὴ πείσομεν, ὅτι ἐπιβουλευόμεθα μὲν ὑπὸ Ιάνων ἀεὶ πολεμῶν, προδιδόμεθα δὲ ὑπὸ ὑμῶν Δωριῆς Δωριών.<sup>1)</sup> Aliter iudicandum est de VI 87, 4 διὰ τὸ ἐτοίμην ὑπεῖναι ἐλπίδα τῷ μὲν ἀντιτυχεῖν ἐπικονράς ἀφ' ἡμῶν, τῷ δέ, εἰ ἡξομεν, μὴ ἀδεεῖς εἶναι (sic legendum esse puto deleto κινδυνεύειν quod sequitur). Nam infinitivi non a tota locutione ὑπεῖναι ἐλπίδα pendunt, sed nihil nisi sententiam substantivi ἐλπίδα ita complent ut id ipsum quod speretur nulla alia ratione habita significetur. Quare ἐλπίς ἐστι σωθῆναι Eur. Or. 779 pariter dicitur atque ἐλπίς ἐστι σωτηρίας. Similiter εἰκός ἐστι apud Thucydidem neque infinitivus futuri neque infinitivus cum ἀν sequitur, cuius rei causa inde repetenda est quod illud proprie non putandi vim habet, sed decet, convenit significat. Dicitur igitur de rei per se probabilitate temporis et condicionis significatione omissa. Cf. V 102.

1) Huc non pertinet VI 6, 2 λέγοντες . . . εἰ Συρακόσιοι . . . ἀτιμώρητοι γενήσονται καὶ . . . τὴν ἀπασαν δύναμιν τῆς Σικελίας σχήσονσι, κίνδυνον εἶναι μὴ ποτε . . . καὶ τὴν ἐκείνων δύναμιν ἔνγκαθέλωσι, cum condicio non ad κίνδυνον εἶναι, sed ad μὴ ποτε . . . ἔνγκαθέλωσι referratur. Neque magis VI 91, 4 ὥστε μὴ περὶ τῆς Σικελίας τις οἰκεῖθε μόνον βούλεύειν, ἀλλὰ καὶ περὶ τῆς Πελοποννήσου, εἰ μὴ ποιήσετε τάδε ἐν τάχτῃ infinitivus βούλεύειν condicioni subjicitur, sed sententia περὶ prae-positione expressa, qua adhibita significatur actum fore non solum de Sicilia, sed etiam de Peloponneso, nisi celeriter hacc faciant.



VIII 86, 7. Ad id quod quaerimus non pertinet V 104 χαλεπὸν . . νομίζομεν . . , εἰ μὴ ἀπὸ τοῦ ἵσται ἀγωνίζεσθαι, ubi condicio ad χαλεπόν spectat, ad quod verbum subaudiendum est. Cf. VII 44, 4 καὶ εἰ φίλιον εἴη τῶν ἥδη πάλιψ φευγόντων, πολέμιον ἐνόμιζον, VIII 81, 1 νομίζων μόνην σωτηρίαν, εἰ Τισσαφέρων ἀντοῖς μεταστῆσειν ἀπὸ Ηελοποννησίου.

Restant ea enuntiata ubi condicioni significandae εἰ cum indicativo praesentis vel prateriti adhibetur. Mitto tamen ea in quibus conditionem non impleri indicatur, cui subiectam sententiam in oratione pendenti infinitivo aut participio praesentis vel aoristi cum ἔν exprimi constat. Reliqua exempla haec sunt: I 72, 2 ἔφασαν βούλεσθαι καὶ αὐτοὶ ἐσ τὸ πλῆθος αὐτῶν εἶπεν, εἴ τι μὴ ἀποκωλύει, III 32, 2 ἔλεγον οὐ καλῶς τὴν Ἑλλάδα ἐλευθεροῦν αὐτόν, εἰ ἄνδρας διέφθειρεν οὕτε χεῖρας ἀνταιρομένους οὕτε πολεμίους (hoc cum revera factum sit, εἰ prope ὅτι particulam accedit), 46, 2 πολιορκεῖ τε (τίνα οἵσθε ἦντινα οὐ) παρατενεῖσθαι ἐσ τοῦσχατον, εἰ τὸ αὐτὸ δύναται σχολῆ καὶ ταχὺ ἔνμβηναι, 52, 2 λέγοντα, εἰ βούλονται παραδοῦναι τὴν πόλιν . . , τούς τε ἀδίκους κολάσειν (κολάζειν codd. emend. Krueger), παρὰ δίκην δὲ οὐδένα, V 41, 2 εἰ βούλονται σπένδεσθαι ὕσπερ πρότερον, ἔτοιμοι εἶναι, VII 3, 1 λέγοντα, εἰ βούλονται ἔξιέναι . . , ἔτοιμος εἶναι σπένδεσθαι, 49, 2 εἰ δὲ δεῖ μὴ ἀπάγειν τὴν στρατιὰν . . , ἀλλὰ τρίβειν αὐτούς, ἔφη χρῆναι ἢ ἐσ τὴν Θάψον ἀναστάντας τοῦτο ποιεῖν ἢ ἐσ τὴν Κατάνην, VIII 92, 10 ὁ δὲ εἶπερ καὶ ἐκείνοις δοκεῖ καθαιρεῖν, καὶ ἔαντῷ ἔφη ἔννδοκεῖν.

Iam duo mihi effecisse videor. Cum enim in prolatis exemplis εἰ cum optativo ibi tantum appareat ubi in oratione recta scriptor eodem modo vel ἔν cum coniunctivo uteretur (alia enim omnia eius generis esse perspicies, si attente ea consideraveris), sequitur indicativum εἰ particulae iunctum Thucydidem nusquam in oratione obliqua in optativum transtulisse. Neque ad solum Thucydidem, sed ad omnes scriptores haec norma applicatur excepto εἰ cum optativo futuri, quam structuram in oratione obliqua pro εἰ cum indicativo futuri ponere licet.<sup>1)</sup> Sed condicionis ita enuntiatae apud Thucydidem nullum exstat exemplum. Causa autem cur ita circumscripta sit condicionis obliquae enuntiatio in eo vertitur quod, si in temporibus prater futurum optativus obliquus sententiarum condicionalium etiam pro indicativo esset, rectae orationis forma non posset satis dignosci; in futuro autem potest, cum hoc

1) Cf. Fassbaender de Optativo futuri (dissert. Monaster. typis expressa Lipsiae a. 1884) p. 34 sqq.



tempus coniunctivo careat. Quod igitur Madvigius in commentatione quam de locis aliquot syntaxis Graecae scripsit (Philol. II suppl. p. 19) de iis sententiis observavit quae condicionem veritati contrariam continent (cf. I 76, 1. III 11, 5. IV 27, 1. 40, 2. 104, 2. VI 55, 3. 61, 2), id praeter futurum in omnes valet in quibus condicio per indicativum enuntiatur. Deinde hoc evicimus, in enuntiatis a verbis dicendi et putandi pendentibus quae ad condicionem referantur cui exprimendae εἰ cum optativo vel ἐάν cum coniunctivo adhibitum sit aut infinitivum futuri poni aut ἀν infinitivo addi, nisi condicio generalis sit vel sententia ad quam spectat praeter eam etiam per se valeat. Eundem usum cognoscere licet ubi εἰ cum indicativo futuri locum habuit, praeterquam quod in hunc modum sententiae generali non aptum altera tantum exceptio cadit. Pro infinitivis futuri autem esse posse quosdam praesentis et perfecti infinitivos in vim futuri abeentes videbimus.

His expositis hos locos emendandos esse apparet: IV 24, 4 εἰ γὰρ κρατήσειαν τῷ ναυτικῷ, τὸ Ρήγιον ἥλπιζον . . δαδίως χειρώσασθαι (lege χειρώσεσθαι), 80, 1 ἥλπιζον ἀποτρέψαι (l. ἀποτρέψειν) αὐτοὺς μάλιστα, εἰ ἀντιπαρακλυποῖεν, 86, 4 οὐδὲ ἀσφῆ (l. ἀν σαφῆ. Cf. Annal. phil. 1870 p. 339) τὴν ἐλευθερίαν νομίζω ἐπιφέρειν, εἰ τὸ πάτριον παρεῖς τὸ πλέον τοῖς ὀλίγοις ἢ τὸ ἔλασσον τοῖς πᾶσι δουλώσαιμι, 117, 1 νομίσαντες Ἀθηναῖοι μὲν οὐκ ἀν ἔτι τὸν Βρασίδαν σφῶν προσαποστῆσαι οὐδὲν . . . καὶ ἄμα, εἰ καλῶς σφίσιν ἔχοι, καὶ (l. κἄν) ξυμβῆναι τὰ πλείω<sup>1</sup>), V 22, 1 οὐκ ἔφασαν δέξασθαι (l. δέξεσθαι), ἦν μή τινας δικαιοτέρας. τούτων ποιῶνται, VI 24, 1 νομίζων . . , εἰ ἀναγκάζοιτο στρατεύεσθαι, μάλιστα (l. μάλιστ' ἀν) οὗτως ἀσφαλῶς ἐκπλεῦσαι, 40, 1 ἡγησάμενοι τοῦτο μὲν ἀν καὶ ἵσον καὶ πλέον οἱ ἀγαθοὶ ὑμῶν μετασχεῖν, εἰ δὲ ἄλλα βουλήσεσθε, καὶ (l. κἄν) τοῦ παντὸς πινδυνεῦσαι στερηθῆναι. Eiusdem rationis ea sunt ubi talis condicio ex superioribus repetenda est. Quare corrigendi sunt hi loci: VII 56, 2 τούς τε γὰρ ἄλλους Ἐλληνας εὐθὺς τοὺς μὲν (l. μὲν ἀν; nam subaudiendum est εἰ δύναντο κρατῆσαι) ἐλευθεροῦσθαι, τοὺς δὲ φόβον ἀπολύεσθαι, VIII 27, 3 καὶ τὴν πόλιν οὐ μόνον τῷ αἰσχρῷ, ἄλλὰ καὶ (l. κἄν; nam subaudiendum est ἦν ἡσσηθῶσι) τῷ μεγίστῳ κινδύνῳ περιπλέτειν. Neque aliter res se habet, si eiusdem generis condicio participio exprimitur. Cum pluriima eiusmodi exempla existent, quae enumerare longum est, pau-

1) Cum hic et VI 40, 1, qui locus paulo post afferetur, propter interpositam condicionem molestissimum sit superius ἀν ad alterum quoque infinitivum referre, huic explicationi lenissimam mutationem praeferendam esse censemus.



cissimis tantum his ἀν deest: I 127, 1 νομίζοντες ἐκπεσόντος αὐτοῦ (ἥν ἐκπέση), ὁῖσον (l. ὁῖσον ἄν) σφίσι προχωρεῖν τὰ ἀπὸ τῶν Ἀθηναίων, II 3, 2 ἐνόμισαν ἐπιθέμενοι (εἰ ἐπιθούντο) ὁδίως κρατῆσαι (κρατήσειν Αεν. Tact. 2, 3), IV 52, 3 καὶ κρατυνάμενοι (εἰ κρατύναντο) αὐτήν . . . ὁδίως . . . τὰ . . . πολίσματα χειρώσασθαι (l. χειρώσεσθαι). Pariter statuendum est de iis locis ubi οὗτοι vi condicionali praeditum idem atque ἥν τοῦτο γένηται vel εἰ τοῦτο γένοιτο significat. Cuius generis haec sunt: V 36, 1. VI 38, 4. 72, 5. 82, 3. VII 8, 2. 28, 4. VIII 48, 1. Cf. exempla orationis rectae II 11, 5. III 42, 6. VI 91, 6. Quare VI 24, 1 etiam propter οὗτος μάλιστ' ἄν scribendum est. Et quamquam V 9, 8 ἐλπὶς γὰρ μάλιστα αὐτοὺς οὗτω φοβηθῆναι ex iis quae supra de VI 87, 4 diximus excusationem habet, tamen haud scio an perspicuitatis ratione μάλιστ' ἄν commendetur. Certum est eadem de causa emendandum esse III 46, 2 ἐκείνως (εἰ ἐκεῖνο γένοιτο) δὲ τίνα οἵεσθε ἥντινα οὐκ ἄμεινον μὲν ἡ νῦν παρασκευάσασθαι (l. παρασκευάσεσθαι), quo de loco olim non recte contra Classenum disputavi in Annal. phil. 1868 p. 110. Neque dubitari potest quin ἄν addendum sit V 36, 1 ἐλέσθαι γὰρ (l. γὰρ ἄν) Λακεδαιμονίους . . . Ἀργείους σφίσι φίλους καὶ ξυμμάχους γενέσθαι, cum οὗτοι in superiore enuntiato vi condicionali instructum huc quoque pertineat. Thucydidem enim ἄν cogitando suppleri voluisse non credo, quamquam id in talibus locis fieri posse Frohberger in Phil. XIX p. 599 sqq. probare studuit. Nam apud illum quidem omnibus reliquis eiusmodi locis sat multis ἄν adest. Cf. IV 24, 2. 29, 3. 78, 4. V 22, 2. 60, 5. VI 49, 2. 64, 1. 96, 1. VIII 87, 4.

Iam eo unde profecti sumus redeundum est. Deductis enim iis locis in quibus nudus infinitivus aoristi cui futuri vim tribuant etiam propter appositam condicionem suspectus est, paucissimi tantum restant et qui tritissimis scribendi vitiis conspicui facili negotio emendari possint. Duo reliqui sunt loci ubi post νομίζειν infinitivus aoristi pro futuro sit: III 24, 1 νομίζοντες ἥκιστα (l. ἥκιστ' ἄν) σφᾶς ταύτην αὐτοὺς ὑποτοπῆσαι τραπέσθαι τὴν ἐξ τοὺς πολεμίους, VIII 5, 5 ἐνόμιξε . . . ἡ ζῶντα ἄξειν ἡ ἀποκτεῖναι (l. ἀποκτενεῖν; cf. IV 28, 4), cum undecies praeteriti vim habeat (I 1, 2. 10, 3. 128, 1. III 65, 1. IV 63, 1. 116, 2. V 1, 1. 31, 5. VI 61, 5. VII 17, 3. 40, 2). Quadraginta locis ἐλπίζειν cum infinitivo futuri aut infinitivo aoristi cum ἄν coniunctum est (I 1, 1. 11, 1. 107, 4. 127, 2. II 7, 1. 11, 6. 20, 2. 53, 4. 75, 1. 84, 2. 90, 4. III 30, 2. 62, 4. IV 8, 4. 9, 3. 43, 5. 62, 3. 71, 2. 76, 5. 85, 2. 105, 1. V 7, 3. 9, 3. 28, 2. 39, 2.



40, 2. VI 15, 2. 20, 3. 56, 3. 71, 2. 90, 3. VII 38, 2. 61, 3. 73, 2. 77, 4. 80, 5. VIII 23, 4. 44, 1. 71, 1. 99, 1), quibus accedunt supra memorati IV 24, 1. 80, 1; duo restant qui nudum infinitivum aoristi habeant: IV 13, 1 ἐλπίζοντες τὸ κατὰ τὸν λιμένα τεῖχος ὑψος μὲν ἔχον (auctore Ullrichio pro ἔχειν), ἀποβάσεως δὲ μάλιστα οὖσης ἔλειν (1. ἔλειν ἄν) μηχανᾶς et VII 21, 2 ἐλπίζειν γὰρ . . κατεργάσασθαι (1. κατεργάσεσθαι). Duobus et viginti locis nudus infinitivus aoristi ex δοκεῖν putandi vi praedito aptus praeteriti temporis est (I 9, 1. 9, 3. 70, 1. 81, 5. 120, 5. II 8, 3. 17, 2. 21, 1. 62, 1. III 36, 2. 38, 6. 66, 2. 74, 3. V 7, 5. 72, 1. VI 18, 4. 24, 2. 61, 1. 88, 1. VIII 24, 5. 56, 3. 86, 4), unum IV 36, 1 δοκεῖν βιάσασθαι (1. βιάσεσθαι) leviter corruptum esse patet. Nemo iam quicquam librorum auctoritati tribuet, qui IV 28, 5 ἦ Κλέωνος ἀπαλλαγήσεσθαι . . ἦ . . Λακεδαιμονίους σφίσι χειρώσασθαι (1. χειρώσεσθαι) et VI 24, 4 οἶσειν καὶ προσκτήσασθαι (1. προσκτήσεσθαι) infinitivos futuri et aoristi iuxta ponunt. Ne autem cui scrupulum moveret III 96, 1 χρησθὲν αὐτῷ ἐν Νεμέᾳ τοῦτο παθεῖν prudenter cavit Madvigius Adv. erit. I p. 176, monens χρῆν verbum praeципiendi notionem, a qua profectum sit, retinere.<sup>1)</sup>

Sed ne praesentis quidem nudus infinitivus omnino pro futuro esse potest. Nam corruptela laborare vidimus I 127, 1. VIII 27, 3. In magna exemplorum copia unum praeter I 127, 1 est ubi post νομίζειν eam ille vim habeat, sed nullius prorsus momenti: IV 127, 1 νομίσαντες φεύγειν τε αὐτὸν καὶ καταλαβόντες διαφθερεῖν, ubi διαφθερεῖν legendum esse in aperto sit; deinde prorsus singulare est III 95, 1 οἰδόκουν . . ξυστρατεύειν (1. ξυστρατεύσειν) ἢ κἄν βλεπε προσαχθῆναι, cum aliis locus ubi post δοκεῖν infinitivus praesentis futuri vim habeat non existet. Eodem modo sanandum est VIII 75, 2 πολέμιοι τε ἔσεοσθαι καὶ ἐπικηρυκεύσθαι (1. ἐπικηρυκεύσεσθαι) et III 52, 2, quem locum supra attulimus; κολάσειν corrigendum. III 66, 3 τὴν περὶ αὐτῶν ἡμῖν μὴ κτενεῖν φευσθεῖσαν ὑπόσχεσιν defendi quidem potest κτενεῖν eadem ratione qua supra VI 87, 4 aoristi infinitivum post ὑπεῖναι ἐλπίδα explicavimus, sed probabilis videtur κτενεῖν omnidare, praesertim cum ὑποσχεῖσθαι, si promittere est, semper cum infinitivo futuri iungatur. Perperam igitur Classenus I 82, 4 μὴ γὰρ ἄλλο τι νομίσητε τὴν γῆν αὐτῶν ἢ ὅμηρον ἔχειν ad futurum tempus

1) Cum dii eorumque vates quod futurum esse praesagiant fieri iubeant, etiam ad alia vaticinandi verba, ut recte monet Madv., hic usus transferitur, coque explicationem habent Hom. II, XIII 667. Aesch. Prom. 667. Eur. Phoen. 1597. Iph. T. 1014.



*ἔχειν* rettulit. Nam etiam ante incursionem in Atticam factam Lacedaemoniis Atheniensium terra, cuius devastandae potestatem haberent, pro pignore erat ad flectendos eorum animos. Neque I 93, 2 *νομίζων . . αὐτὸν ναυτικοὺς γεγενημένους μέγα προφέρειν ἐσ τὸ κτήσασθαι δύναμιν* ad futurum tempus *προφέρειν* spectat, sed vertendum est: ‘putans eos nauticos factos multum proficere ad potentiam sibi comparandam’. Neque enim tum primum Athenienses rei navali operam daturi erant, sed iam in pugna Salamina maximam navium partem praebuerant (I 74, 1). Neque assentiendum est Th. Forssmanno, qui in G. Curtii Stud. gram. VI p. 62 sqq. infinitivum praesentis vim futuri ita habere posse affirmavit ut certus rei eventus significaretur. Quod enim eodem modo indicativus praesentis rei futurae exprimenda adhiberetur, hic causam non esse credidit cur is usus ab infinitivo praesentis alienus videretur. Ex duobus autem indicativi exemplis quae affert alterum VI 91, 3 sic legitur: *καὶ εἰ αὕτη η πόλις ληφθήσεται, ἔχεται καὶ ἡ πᾶσα Σικελία.* Sed apparet hoc loco verbo *ἔχεται* rei perfectae statum describi, quippe cuius sensui respondeat ipsius verbi *λαμβάνειν* perfectum *εἴληπται*, non praesens *λαμβάνεται*. Quod si reputaveris, non poteris non concedere huius exempli eandem rationem esse atque eius quod est in Soph. Phil. 75: *εἴ με τόξων ἐγκρατήσ αἰσθήσεται, ὄλωλα,* quibus deinde futuro tempore usus poëta addit *καὶ σὲ προσδιαφθερῶ ξυνών.* Cf. Matth. Gram. § 500. Krueg. Gram. § 53, 3 adn. 4. Idem infinitivi perfecti usus apud Thuc. II 8, 4 *ἐν τούτῳ τε κεκαλύσθαι ἐδόκει ἐκάστῳ τὰ πράγματα* ὥ *μή τις αὐτός παρέσται.* Pari modo atque apud Thuc. VI 91, 3 *ἔχεται* in Eur. Androm. 381 *ἢν θάνης σύ, παῖς ὅδ' ἐκφεύγει μόρον* praesens *ἐκφεύγει* interpretandum est, quippe quod eadem perfecti vi praeditum sit qua alibi simplex φεύγειν (cf. Krueg. Gram. § 53, 1 adn. 3). Neque aliter *οἴχεται* Eur. Suppl. 712 *εἰ μὴ σχήσετε στερρὸν δόρν — σπαρτῶν τόδ' ἀνδρῶν, οἴχεται τὰ Παλλάδος.* Et apud ipsum Thucydidem eadem ratione explicandum est I 143, 5 *κρατήσαντές τε γὰρ αὐθις οὐκ ἐλάσσοσι μαχούμεθα καὶ ἢν σφαλῶμεν, τὰ τῶν ξυμμάχων, ὅθεν ἴσχύομεν, προσαπόλλυται, ubi προσαπόλλυται* eiusdem temporis esse atque μαχούμεθα manifestum est. Nam ὅλυσθαι eiusque composita saepius cum vi perfecti valere perisse sat multis exemplis demonstratur. Cf. Aesch. Ag. 528, ubi de Troia excisa dicitur *καὶ σπέρμα πάσης ἐξαπόλλυται χθονός,* Soph. OR. 799 *ἴκνοῦμαι τούσδε τοὺς χώρους ἐν οἷς — σὺ τὸν τύραννον τοῦτον ὅλυσθαι λέγεις,* Arist. Pac. 355 *ἴκανὸν χρόνον ἀπολλύμεθα καὶ κατατετρίμπεθα.* Accedunt loci ubi pariter atque apud Thuc. I



143, 5 cum vi perfecti ad futurum tempus refertur: Eur. Hipp. 47 ή δ' εὐκλεής μέν, ἀλλ' ὅμως ἀπόλλυται, ubi ἀπόλλυται praegresso futuro πτενεῖ respondet, Arist. Pac. 250 ὡς ἀπόλλυται cum eodem sensu atque 243 ὡς ἀπολεῖσθε. Nihil igitur illud indicativi praesentis exemplum valet ad defendendum nudum infinitivum praesentis apud Thuc. I 127, 1 νομίζοντες ἐκπεσόντος αὐτοῦ ὁδον σφίσι προχωρεῖν τὰ ἀπὸ τῶν Ἀθηναίων, ubi ὁδον ἀν scribendum esse supra dixi; nihil etiam ad tuendum κολάξειν III 52, 2 εἰ βούλονται παραδοῦναι τὴν πόλιν . . . , τούς τε ἀδίκους κολάξειν, παρὰ δίκην δὲ οὐδένα, ubi Krueger κολάσειν optimo iure restituit. Et si illa dicendi ratione uti voluisse Thuc. VII 56, 2 νομίζοντες . . . , εἰ δύναντο κρατῆσαι Ἀθηναίων . . . , καλὸν σφίσιν τὸ ἀγώνισμα φανεῖσθαι· τούς τε γὰρ ἄλλους Ἐλληνας εὐθὺς τούς μὲν ἐλευθεροῦσθαι, τοὺς δὲ φόβου ἀπολύεσθαι, ubi μὲν ἀν rescribendum esse supra docui, potius ἐλευθερῶσθαι et ἀπολελύσθαι scripsisset. Maxime autem aliena est ea interpretatio a praesenti διαφθείρειν IV 127, 1 νομίσαντες φεύγειν τε αὐτὸν καὶ καταλαβόντες διαφθείρειν, pro quo dubitari non potest quin Cobetus recte διαφθερεῖν restituerit, praesertim cum φεύγειν diversi temporis sit. Contra causam habet nudus infinitivus praesentis VII 8, 1 νομίζων ἐν δεινοῖς τε εἶναι καί, εἰ μὴ ὡς τάχιστα ἢ σφᾶς μεταπέμψουσιν ἢ ἄλλους μὴ ὀλίγους ἀποστελοῦσιν, οὐδεμίαν εἶναι σωτηρίαν, cum revera in praesenti nondum habeant quo se servent, sed tum demum habituri sint, si Niciae consilio Athenienses obtemperaverint. Atque prorsus eodem modo in Xenoph. Anab. VI 3, 12 legitur νομίζω δ' ἔγωγε, εἰ ἐκεῖνοι ἀπολοῦνται (= εἰ ἐκεῖνοι μὴ σωθήσονται), οὐδ' ἡμῖν εἶναι οὐδεμίαν σωτηρίαν. Neque magis alterum quod Forssmannus protulit exemplum I 121, 4 μιᾶς τε νίκης ναυμαχίας κατὰ τὸ εἰκὸς ἀλίσκονται hic pertinet. Si enim quae praecesserunt (ὑπολαβεῖν οἴοι τ' ἐσμὲν μισθῷ μείζονι τοὺς ἔνενος αὐτῶν ναυβάτας. ὥνητὴ γὰρ Ἀθηναίων ί, δύναμις μᾶλλον ἢ οἰκεῖα· ἢ δὲ ἡμετέρᾳ ἡσσον ἀν τοῦτο πάθοι . . .) consideraveris, praesentem rerum statum describi intelleges. Sententia igitur haec est: potestas Atheniensium ita comparata est ut una pugna navalı deleri videatur. Huic tamen exemplo duo addenda sunt a Forssmanno omissa: IV 95, 2 ἦν νικήσωμεν, οὐ μὴ ποτε ὑμῖν Πελοποννήσοι ἐσ τὴν χώραν . . . ἐσβάλωσιν, ἐν δὲ μιᾶς μάχῃ τήνδε τε προσκτάσθε καὶ ἐκείνην μᾶλλον ἐλευθεροῦτε, V 98 πῶς οὐ πολεμόσεσθε αὐτούς, ὅταν ἐσ τάδε βλέψαντες ἡγήσωνται ποτε ὑμᾶς καὶ ἐπὶ σφᾶς ἥξειν; καν τούτῳ τῇ ἄλλῃ τοὺς μὲν ὑπάρχοντας πολεμίους μεγαλύνετε, τοὺς δὲ μηδὲ μελλόσαντας γενέσθαι ἄκοντας ἐπάγεσθε; Quibus hoc communio est ut res



cuius ipse effectus nullo temporis respectu declaretur cum *ἐν* praepositione enuntiata ne ipsa quidem ad certum quoddam tempus referatur. Nihil enim significatur nisi quid in ea re positum sit sive consistat. Cf. III 10, 1 *ἐν γὰρ τῷ διαλλάσσοντι τῆς γνώμης καὶ ἀλλαγόφορᾳ τῶν ἔργων καθίστανται.* Eadem interpretatio etiam I 121, 4 locum habet, cum ibi quoque causae per se enuntiatae solus effectus indicetur. Atque hoc nomine haec tria exempla ab omnibus diversa sunt in quibus supra a librariis erratum esse significavimus. Restat unum indicativi praesentis exemplum in quo revera ad futurum tempus respici in propatulo sit. Etenim IV 10, 3 *τοῦ . . . χωρίου τὸ δισέμβατον . . . μενόντων μὲν ἡμῶν ξύλινας γίγνεται, ὑποχωρήσασι δὲ κατέπερ χαλεπὸν δὲν εὔποδον ἔσται, quidquid ceteroqui de loci integritate iudicatur; praesens γίγνεται et futurum ἔσται ita inter se referuntur ut ad idem tempus ea pertinere negari nequeat.* Atque hanc praesentis *γίγνεται* futuro *ἔσται* respondentis inconcinnitatem (*τὴν παρὰ τὸν χρόνον τῶν δημάτων ἐκβεβηκυῖαν τὸ κατάλληλον φράσιν*) Dionys. Hal. p. 801 (ed. Reisk.) vituperans his verbis designavit: *τὸ μὲν γὰρ γίγνεται τοῦ παρόντος ἔστι, τὸ δὲ ἔσται τοῦ μέλλοντος χρόνου δηλωτικόν.* Cum hoc autem loco componendus est Herodoteus VII 236 εἰ . . . τριηκοσίας (νέας) ἀποπέμψεις περιπλώειν Πελοπόννησον, ἀξιόμαχοί τοι γίνονται οἱ ἀντίπαλοι ἀλήσ δὲ ἐών δ ναυτικὸς στρατὸς δυσμεταχείριστός τε αὐτοῖσι γίνεται καὶ ἀρχὴν οὐκ ἀξιόμαχοί τοι ἔσονται, ubi γίνονται eiusdem temporis est atque ἀποπέμψεις, γίνεται similime atque in loco Thucydideo eiusdem cuius ἔσονται. Causa autem eur id quod fit hoc modo iuxta ponatur ei quod erit ex his ipsis locis certo cognoscitur. Quod enim fit non est, sed erit. Res comprobatur altero loco Herodoteo VII 10, 2 scripto: *ἢν . . . νικήσαντες ναυμαχίῃ πλώσοι ἐς τὸν Ἑλλήσποντον καὶ ἐπειτεν λύσωσι τὴν γέφυραν, τοῦτο δῆ, βασιλεῦ, γίνεται δεινόν, ubi pro γίνεται licet ἔσται substituero.* Neque aliter interpretandus est Antiph. III γ 11: *καταλαβόντες μὲν γὰρ αὐτὸν . . . καθαροὶ τῶν ἐγκλημάτων ἔσεσθε, ἀπολύσαντες δὲ ὑπαίτιοι καθίστασθε, cum καθίστασθαι proxime ad γίγνεσθαι verbi sententiam accedat.* Patet autem hunc indicativi praesentis usum posse applicari etiam eiusdem temporis infinitivo. Atque hoc quater apud Thucydidem factum est: II 84, 2 *καὶ τὴν ἐπιχείρησιν ἐφ' ἐκντῷ τε ἐτόμιζεν εἶναι, διπόταν βούληται, . . . καὶ τότε καλλίστην γίγνεσθαι,* III 92, 4 *οἱ Λασκεδαιμόνοι γνώμην εἶχον τὴν ἀποικίαν ἐκπέμπειν, τοῖς τε Τοσχινίοις βουλόμενοι καὶ τοῖς Αιωριεῦσι τιμωρεῖν.* καὶ ἅμα τοῦ πρὸς Ἀθηναίους πολέμου καλῶς αὐτοῖς ἐδόκει η πόλις καθίστασθαι, IV 9, 3 *οὗτε γὰρ αὐτοὶ*



έλπιζοντες ποτε ναυσὶ κρατήσεσθαι οὐκ ἵσχυρον ἐτελχίζον, ἐκείνοις τε βιαζομένοις τὴν ἀπόβασιν ἀλώσιμον τὸ χωρὸν γλγνεσθαι, IV 24. 4 εἰ γὰρ κρατήσειαν τῷ ναυτικῷ, τὸ Ῥήγιον ἥλπιζον . . . ὁδίως χειρόσεσθαι, καὶ ἦδη σφῶν ἵσχυρὰ τὰ πράγματα γλγνεσθαι, ubi ad verbum γλγνεσθαι ex ἥλπιζον supra scripto ἐνόμιζον cogitando supplendum est. Pariter Xen. Λαβ. VI 1, 20 νομίζων καὶ τὴν τιμὴν μεῖξω οὕτως ἔαντῷ γλγνεσθαι πρὸς τὸν φίλον καὶ εἰς τὴν πόλιν τοῦνομα μεῖξον ἀφίξεσθαι αὐτοῦ. Omnibus autem his locis integra sententia pro praesenti γλγνεσθαι vel καθίστασθαι futurum ἐσεσθαι cogitare licet. Idem denique usus in participio praesentis comparet apud Herod. VII 8, 1 τοῦτο ἐφρόντιζον ὅκως μὴ λείφομαι τῶν πρότερον γενομένων ἐν τιμῇ τῇδε μηδὲ ἐλάσσω προσκτήσομαι δύναμιν Πέρσῃσι· φροντίζων δὲ εὑρίσκω ἄμα μὲν κῦδος ἡμῖν προσγινόμενον . . . ἄμα δὲ τιμωρήν τε καὶ τίσιν γινομένην. Cuius rationem non perspexisse Dionysium Hal. apparet, cum Thuc. IV 10, 3 vituperaret, quod praesens γλγνεται ad futurum ἔσται parum aptum esset. Neque magis idem hoc dicendi genus quale esset intellexit, cum p. 801 Thucydidem alio quoque loco praesenti tempore male usum esse doceret. De verbis enim II 39, 4 κατοι εἰ ὁμοθυμίᾳ μᾶλλον . . . ἐθέλομεν κινδυνεύειν, περιγλγνεται ἡμῖν τοῖς τε μέλλουσιν ἀλγεινοῖς μὴ προκάμνειν π. τ. λ. haec monet: ἐνταῦθα γὰρ τὸ μὲν ἐθέλομεν<sup>1)</sup> δῆμα τοῦ μέλλοντός ἔστι χρόνον δηλωτικόν, τὸ δὲ περιγλγνεται τοῦ παρόντος ἀκόλουθον δ' ἀν ἦν, εἰ συνέζενξε τῷ ἐθέλομεν τὸ περιέσται. Quibus quid voluerit satis in aperto est. Etenim τὸ κινδυνεύειν, quod in voluntate tantum esset, non in rerum veritate, futuri temporis esse putavit atque in apodosi futurum post εἰ ἐθέλομεν κινδυνεύειν non minus sermonis congruentia postulari quam si ἦν κινδυνεύωμεν scriptum esset. Neque sine omni causa hoc eum statuisse ostendunt Soph. Ant. 1039 τάφῳ δ' ἐκεῖνον οὐχὶ κρύψετε, — οὐδ' εἰ Θέλοντος οἱ Ζηνὸς αἰετοὶ βορὰν — φέρειν τιν ἀρπάζοντες ἐς Διὸς θρόνους, Plat. Prot. 324 a εἰ γὰρ ἐθέλεις ἐννοῆσαι . . . , αὐτό σε διδάξει, 342 d εἰ γὰρ ἐθέλει τις . . . συγγενέσθαι, . . . εὐρήσει. Veram tamen Thucydidis sententiam non plane perspexit, quae haec est: 'eo quod (cf. III 9, 2. 32, 2. 43, 5. VII 34, 7. 67, 1) lacto animo propensi sumus ad pericula subeunda contingit nobis ut futuris calamitatibus, antequam acci-

1) Non dubitamus quin ipse Dionysius veram scripturam ἐθέλομεν in suo libro habuerit et ἐθέλομεν utroque loco (nam infra quoque sic legitur) illatum sit a librariis Byzantiniis, qui Thucydidea apud Dionysium prope omnia ex depravatis Thucydidis codicibus quibus ipsi utebantur correxerunt.



derint, non affligamur. Sed etiamsi εἰ ἐθέλομεν κινδυνεύειν hic idem fere valeret atque ήν κινδυνεύωμεν, propter ea quae modo exposuimus non iustior videri deberet eius vituperatio. Nam περιγίγνεσθαι hoc loco eadem ratione positum esset qua λογίς modo memoratis simplex γίγνεσθαι. Summa igitur huius disputationis haec est ut Thucydides, si praesens vi perfecti instructum praetermittamus, praesenti tempore pro futuro non usus esse censendus sit nisi in verbis quae aliquid fieri indicant, in quibus ipsis aliqua futurae rei notio lateat.<sup>1)</sup>

1) Suam vim habet praesens in deorum et vatum praesagiis (Herod. VII 140. 141. VIII 77. Arist. Equ. 127. 129. 135 sq.), qui futura tanquam praesentia vident. Non ad futurum tempus spectat ξεχονται Thuc. VI 40, 2 καὶ εἰ ξεχονται Ἀθηναῖοι, ἀμνεῖται αὐτούς, cum Athenienses in itinere esse iam antea (VI 32, 3) nuntiatum sit. Similiter Xen. Cyr. VII 1, 20 ἐπί γε τούτους ἔγώ αὐτὸς παρέρχομαι (cf. παριών § 19) et Anab. IV 7, 3 τῇ γὰρ στρατιᾷ οὐκ ἔστι τὰ ἐπιτήδεια, εἰ μὴ ληφόμεθα τὸ χωρίον (cf. § 1 τὰ ἐπιτήδεια ἐπέλιπε). Contra Hom. Il. XI 365. 454 ξεσανώ et ξενόνται, cum ν brevem habeant, futura sunt pro ξεσανώ et ξενόνται. Neque huc pertinent infinitivi praesentis exempla a verbis dicendi vel putandi pendentis quae volendi sententiam assumpserunt, velut si δοκεῖν decernere, λέγειν iubere (I 78, 4. IV 2, 3) valet. Cf. VIII 93, 2, ubi λέγοντες duplēcē vim habet, alteram ad infinitivos futuri qui proxime sequuntur, alteram ad infinitivos praesentis et aoristi qui deinde leguntur aptam. Eodem modo explicatur VI 88, 6 ἔστιν ὡν πόλεων ἐπαγγελλομένων καὶ αὐτῶν ξυμπολεμεῖν, i. e. cum aliquot urbes etiam sua sponte se paratos esse profiterentur ad bellum communiter gerendum. Cf. Plat. Lach. 189 b. Gorg. 458 d. Legg. 915 a. Similiter οὐ φάναι nonnunquam recusare valet, velut Xen. Anab. IV 5, 15 οὐκ ἐφασαν πορεύεσθαι, quod non significat ‘se profecturos esse negabant’, sed ‘proficiisci recusabant’, et Lys. XIII 15. 47. Neque aliter distinguitur Dem. XXIII 170 ὄμόσαι . . . εἶναι μὲν τὴν ἀρχὴν κοινὴν . . ., πάντας δ' ὑπὲν ἀποδοῦνται τὴν χώραν, i. e. iuramento sancire ut imperium commune sit et omnes vobis terram reddant; quocum cf. Hom. Od. IV 254, et Xen. Hist. Gr. II 4, 30 ὄμόσαντες . . . μὴ μνήσικανήσειν, i. e. iurati se malorum non memores fore (nos: schwören, dass etwas sein soll, schwören, dass man etwas thun wird). Verbum εὑχεσθαι autem etiam ubi spondere est propter nativam cupiendi vim et quod ipsa sponsio voluntatis declaratio est aliquotiens cum inf. praes. (Aesch. Ag. 933) aut aoristi (Hom. Il. XVIII 499. Xen. Cyne. 6, 13) iungitur, cum plerumque infinitivus futuri sequatur. In Soph. OR. 269 sqq. ita iunctum est cum inf. praes. et fut. ut cum illo precari, cum hoc spondere significet. Verba promittendi et sperandi cum suapte natura ad futuras res spectent, cum nudo infinitivo praes. aut aor. iungi nequeunt. Cum his ἐλπίζειν putare (cf. Aesch. Sept. 76. Eur. Iph. T. 1016), ὑπισχνεῖσθαι profiteri (cf. Xen. Memor. I 2, 3. Anab. VII 6, 38. Plat. Prot. 319 a) valet. Neque aliter ἐλπομαι apud Homerum (cf. Il. XIII 309. Od. XXIII 345) Nam male Madv. in Adv. crit. I p. 179, 1 hoc verbum ad rem futuram spectare putat



Quod ut ab omni parte confirmetur, restat ut de eo participio praesentis dicatur quod pro futuri participio esse a nonnullis putatur. Eius exempla apud Thucydidem haec habes: I 116, 1 αἱ δ'  
ἐπὶ Χίου καὶ Λέσβου (ἔτυχον οἰχόμεναι) περιαγγέλλουσαι βοηθεῖν,  
128, 6 ἔπειψε δὲ καὶ ἐπιστολὴν τὸν Γογγύλον φέροντα αὐτῷ, III  
52, 2 προσπέμπει δὲ αὐτοῖς κήρυκα λέγοντα, IV 85, 1 ή μὲν ἔπειψις  
μον . . . γεγένηται τὴν αἵτιαν ἐπαληθεύοντας ἦν . . . προέπομεν,  
Ἀθηναῖοις ἐλευθεροῦντες τὴν Ἑλλάδα πολεμήσειν, VI 88, 10 πρέσβεις  
πέμπειν ἐς Συρακούσας κωλύοντας, VII 3, 1 κήρυκα προσπέμπει  
αὐτοῖς λέγοντα, 25, 9 ἔπειψαν . . . πρέσβεις . . . ἀγγέλλοντας. Cf.  
Herod. I 69 ἔπειπε ἐς Σπάρτην ἀγγέλους δῶρά τε φέροντας καὶ  
δεησομένοις συμμαχῆς, Soph. Ai. 781 πέμπει με σοὶ φέροντα τάσδ'  
ἐπιστολάς, 827 πέμψον τιν' ἡμῖν ἄγγελον κακὴν φάτιν — Τεύκρῳ  
φέροντα, Eur. Suppl. 120 τούτους θανόντας ἥλθον ἔξαιτῶν πόλιν,  
El. 1024 κεὶ μὲν πόλεως ἄλωσιν ἐξιώμενος — ηδῶμ' ὀνήσων  
τὰλλά τ', ἐκσώσων τέκνα — ἔκτεινα πολλῶν μᾶλιν ὑπερ, Phoen. 81  
ἔγὼ δ' ἔριν λύοντας ὑπόσπονδον μολεῖν — ἔπεισα παιδὶ παιδα, Xen.  
Hist. Gr. VII 1, 13 ὡς ἐπὶ τοῖς ἵσοις καὶ δόμοις ἥκοις τὴν συμ-  
μαχίαν ποιούμενος, Plat. Prot. 322 c Ἐρμῆν πέμπει ἄγοντα εἰς  
ἀνθρώπους αἰδῶ τε καὶ δίκην, Euthyp. 8 c πάντα ποιοῦσι καὶ  
λέγονται φεύγοντες τὴν δίκην.<sup>1)</sup>) Praesens ipsum extra omnem dubi-  
tationem est, et temere grammaticos Batavos talibus locis ubi-  
cunque facile fieri potest futurum rescribere et poëtarum exempla  
docent in quibus praesens metro defenditur et formae quales sunt  
φέροντα φεύγοντες, quae ex futuro ortae esse omnino nequeunt.  
Accedit antiqui tituli Attici exemplum in Dittenberg. Syll. inscr.  
Gr. n. 13, 23 <κήρυκα>ς δὲ ἐλομένη ή βουλὴ πεμψάτω ἐς τὰς  
πόλεις ἀ<γ>γέλλον<τ>ας <τάδε τὰ> ἐψηφισμένα τῷ δῆμῳ. Sed his  
locis omnibus participium praesentis non pro futuro, sed de conatu  
dictum est, quod clarissime Plat. Euthyp. 8 c ostendit, ubi verten-  
dum est: 'omnia faciunt et dicunt poenam effugere conantes  
sive studentes'. De aliis participiis praesentis de conatu dictis  
cf. Thuc. I 35, 5. III 18, 1 ibique adn. et Plat. Prot. 317 a  
ἀποδιδράσκοντα μὴ δύνασθαι ἀποδρᾶνται.

II. XII 407. XV 289. Od. III 319. Immo duobus posterioribus locis ad praeteritam refertur (de Od. III 319 cf. supra p. 3, 1); II. XII 407 autem editores male ἐλπίζοντες alteri scripturae ἐλέγοντες practulerunt. Apud Pind. Pyth.  
IV 243 postidem verbum iam Hermannus πράξεσθαι pro πράξασθαι restituit.

1) Etiam apud posteriores scriptores hic usus invenitur. Cf. Plut. Niç. 26. Woelflini adn. erit. ad Polyaen. p. XXXIV. Berg — de parti-  
cipiis temporum usu Appianeo (dissert. Bonn. a. 1884) p. 45 sqq. Et ne  
a Latino quidem sermone alienus est. Cf. Weissenb. ad Liv. XXI 6, 2.



II.

Aliquot locis etiam infinitivus futuri in Thucydidis libros propter terminationum similitudinem pro infinitivo aoristi vel praesentis irrepsit. Tolerari non potest III 28, 1 ἀπομολύσειν δυνατοὶ ὄντες. Quis enim ἀπομολύσειν δύναμαι dixerit? Editores sola librorum auctoritate, non exemplis mituntur. Nam VII 11, 3 δυναμέτται ἐν γρήγοροι nihil est, cum optimus liber Vaticanus γρήγοροι praecusat.<sup>1)</sup> Eodem modo se decipi possunt II 29, 5 cum ex plurimis codicibus πέμψειν reciperent; nam praeter hunc locum nullus existat quo πελτεῖν volendi vi praeditum infinitivus futuri sequatur. Restituenda igitur est altera scriptura πέμπειν. Similiter I 27, 2 plurimi codices ἐδείχθησαν . . . ξυμπροπέμψειν habent idque servarunt editores. Sed quis dubitat ξυμπροπέμψειν scripturam restituere, si reliquis locis omnibus δεῖσθαι aut praesentis aut aoristi infinitivum sequi reputaverit? Neque magis reliquis volendi verbis infinitivus futuri apertus est. Duobus tantum locis post ea traditus est: VI 6, 1 ἐφέμενοι . . . τῆς πάσης ἄρξειν et VI 57, 3 ἐβούλοντο . . . προτιμωρήσεοθαι, utroque vicio per vulgato scriptus. Priore enim loco ἄρξαι (verte 'totius imperio potiri'; nam aoristus inchoativus est ut I 4, 1. V 91, 2. VI 85, 3), altero προτιμωρήσεοθαι corrigendum est. Patet quantum editores in tradita singulorum locorum scriptura eaque satis dubia haerentes universum librorum consensum neglexerint, praesertim cum tribus etiam locis vera scriptura parte codicum memoriae prodita sit. Unus tamen locus restat VII 21, 3 ξυνανέπειθε δὲ καὶ ὁ Ἐρμοκάτης οὐκ ἔμετο τοῦ τεῖς νευσὶ μὴ ἀθυμεῖν ἐπιχειρήσειν πρὸς τοὺς Ἀθηναίους, sed is valde suspectae fidei. Nam praeterquam quod τοῦ frustra explicare conati sunt, quia de re dixi in Symb. phil. Bonn. p. 388, ἐπιχειρεῖν cum πρός coniuncti neque apud Thucydidem neque apud alium scriptorem exemplum existat. Et quid ἀθυμεῖν ἐπιχειρήσειν aliud est nisi 'desperare se aggressurum esse'? Ut breviter dicam quod sentio, ἐπιχειρήσειν ex ἐπιχειρῆσαι vel ἐπιχειρησαι interpretandi causa adscriptio ortum et legendum esse suspicor ξυνανέπειθε δὲ καὶ ὁ Ἐρμοκάτης οὐκ ἔμετο τεῖς νευσὶ μὴ ἀθυμεῖν πρὸς τοὺς Ἀθηναίους, i. e. 'navibus non dissidere adversus Athenienses'. Cf. II 88, 3. VII 60, 5. De his

1) Duidum in Soph. Phil 1394 pro πελτεῖν δυνησόμενα restitutum est πελθεῖν δην., neque dubium quin in Plat. Phaed. 73 a οὖν ἀσ οἰοι τε ησαν τοῦτο ποιῆσεν scribendum sit ποιῆσαι.



rebus cum rectissime iudicaret Cobetus in *Mnemos.* XI p. 350 sqq., in eo tamen erravit quod etiam a *διανοεῖσθαι* verbo infinitivum futuri alienum esse opinatus est. Nam certa eius exempla extant a Cobeto prorsus neglecta in quibus de scribarum erroro minimo cogitari possit. Primum hoc est: IV 115, 2 τῇ δ' ὑστεραὶ μηχανῆς μελλουσῆς προσάξεσθαι αὐτοῖς ἀπὸ τῶν ἐναντίων, ἀφ' ἣς πῦρ ἐνήσειν διενοοῦντο ἐς τὰ ἔντινα παραφράγματα, . . . πύρον ἔντινον . . . ἀντέστησαν, quod simul ostendit qua ratione inductus scriptor haec verborum structura usus sit. Etenim μέλλειν verbi sententia διενοοῦντο praeditum esse voluit et, ne illud iteraretur, hoc posuit. Eandem rationem in loco Herodoteo valere perspicuum est. Nam VII 206. 207 ἔμελλον ὄρτασαντες καὶ φύλακας λιπόντες ἐν τῇ Σπάρτῃ κατὰ τάχος βοηθήσειν πανδημεῖ· ὡς δὲ καὶ οἱ λοιποὶ τῶν ἔνυμάχων ἐννένωντο καὶ αὐτοὶ ἔτερα τοιαῦτα ποιήσειν . . . οὕτω διενένωντο ποιήσειν verba ἐννένωντο et διενένωντο eandem atque ἔμελλον vim habent. Alter locus Thucydideus cui fidem habere necesse sit IV 121, 1 legitur: τόν τε πόλεμον διενοοῦντο προθύμως οἴσειν. In his igitur locis cum librariorum errorem statuere non licet, ne in reliquis quidem VII 56, 1. VIII 55, 2. 74, 3. infinitivus futuri sollicitandus est. Ceterum Cobeti erroris consors est Thomas Magister p. 67, 15. Quod autem Classenus in adn. ad VI 6, 2 ipsis his verbi *διανοεῖσθαι* cum futuri infinitivo coniuncti exemplis excusari putat eundem infinitivum volendi verba *δεῖσθαι* ἐφίεσθαι βούλεσθαι πελθεῖν sequentem, *διανοεῖσθαι* proprio verbum putandi est cogitare valens et ita ad voluntatem transfertur ut principalem ac naturalem sententiam quodammodo retineat. Atque eadem est infinitivi futuri cum μέλλειν verbo coniuncti ratio, cum hoc quoque secundum G. Curtii Etym.<sup>4</sup> p. 332 proprio cogitandi vim habeat, quae etiam perlucet locis qualis est VI 66, 1. Neque aliter explicandus infinitivus futuri post ἐπεῖχε Herod. I 80, ἐν νῷ ἔχειν Herod. I 10. 86. VIII 7. 8. IX 93, ὅμολογεῖν, non recusare, quod proprio verbum dicendi est, Plat. Prot. 338 e. Phaedr. 254 b, δοκεῖν, in animo habere, Arist. Ran. 188, στεῦται, animalium inducit, Hom. Il. III 83. Aesch. Pers. 49, cui innatam esse opinandi vim Hom. Il. II 597. Od. XVII 525 ostendunt. His autem verbis omnibus significatur quod quis ipse facturus est, non quod aliud vult facere. Itaque inde quod ea cum volendi sententia infinitivum futuri secum habent nihil efficitur ad comprobandum eundem verbi πελθεῖν usum aut eorum volendi verborum quibus putandi vel dicendi vis non insita est. Nam in infinitivo futuri idem valeat quod in infinitivo cum ἀν juncto: non



applicatur nisi ad verba putandi aut dicendi. Quod enim V 105, 3 φοβεῖσθαι cum infinitivo futuri iungitur, in timore suspicandi sententia latet (cf. Hom. Od. XXII 40. Eur. Ion. 1564). Neque alia ratione idem infinitivus III 26, 4 verbum ἐπιμένειν sequitur, quoniam expectatio confidentiam habet.<sup>1)</sup>

### III.

Diu multumque a viris doctis disceptatum est num ἀν futuro adiungi posset. Si ea via quam supra in hoc quaestionum genere sequendam esse significavimus, ut ad veritatem perveniri possit, insistendum est, actuū erit de eorum sententia qui illud a Thucydide factum esse affirmant. Neque enim inde proficiuntur ut librorum memoriae fidem habendam esse ex universo eorum consensu ipsorumque locorum natura corruptelae minus obnoxia cōprobent, sed ita causam suam defendere student ut excogitata ratione qua usus scriptor eo modo loqui aut voluerit aut debuerit, quid vere scripserit constituant. Sed in hoc genere minus rationem usus sequi videtur quam ex usu rationem cognosci consentaneum est. Cum autem veritatis quandam speciem habeat illa ratio-cinatio, non mirandum est multis eam imposuisse, et me quoque speciosa Ludovici Herbstii argumentatione, quam probavi in Annal. phil. a. 1868 p. 181 sqq., deceptum esse ingenue profiteor. Hic enim de ea re fusius ea cōmentatione disputavit quam de ἀν futuro apud Thucydidem addito scripsit (Hamburgi 1867). Re autem iterum atque iterum perpensa παλινωδεῖν coactus sum atque ab eo dissentire cui antehac consentiendum esse duxi. Sed αἱ δεύτεραι πως φροντίδες σοφώτεραι. In novem quae ab Herbstio defendantur exemplis<sup>2)</sup> pro reliquorum numero paucissimis non

1) Licet Herod. V 49 ἀναβάλλομαι τοι ἐσ τοίτην ἡμέρην ὑποκρινέεσθαι, VI 86, 2 ταῦτα ὡν ὑμὲν ἀναβάλλομαι κυρώσειν ἐσ τέταρτον μῆνα, Dem. III 9 εἰ τις ὑμῶν εἰς τοῦτ' ἀναβάλλεται ποιήσειν τὰ δέοντα inf. futuri ita excusari queat ut in ἀναβάλλεσθαι vis pollicendi latere dicatur (quod enim in aliquod tempus differimus, id eodem tempore nos facturos esse pollicemur), tamen propter Herod. IX 8 ἀνεβάλλοντο ἐσ τὴν ὑστεραίην ὑποκρίνασθαι et VI 88 οὐκέτι ἀνεβάλλοντο μὴ οὐ τὸ πᾶν μηχανήσασθαι dubito an ὑποκρίνασθαι, κυρώσαι, ποιῆσαι rescribenda sint, praesertim cum μέλλειν simili ennetandi vi praeditum nusquam inf. futuri secum habeat.

2) Recte excipit II 80, 1 ὁρδίως ἀν Ἀκαρνανίαν σχόντες καὶ τῆς Ζαεύνθου καὶ Κεφαλληνίας ιρατήσονται, ubi ἀν ad solum participium σχόντες (cf. V 9, 3. VI 80, 5) ita pertinet ut idem significetur ac si scriptum sit ὁρδίως ἀν Λ. σχοῖνεν καὶ . . . ιρατήσονται. Eodem modo in Plat. Apol. 29 c ἥδη ἀν ὑμῶν οἱ νίεῖς ἐπιτηδεύοντες ἢ Σωκράτης διδά-



solum plerumque librorum fluctuat memoria, sed omnia etiam in terminationibus versantur in quibus nulla fore codicum est auctoritas, tria manifesta praeterea corruptela laborant; contra iis futuri formis quarum permulatio librariis non facilis erat nusquam ἀν additum invenitur. Quid igitur iuvat explorare quam viam ἀν futuro additum habeat, cum ne additum quidem esse satis constet? Tota profecto haec ratio solido caret fundamento. Quod ut uberior persequar, primum de iis locis dicam quos viliatos esse facile perspicitur. Nihil certius est quam μέλλειν verbi sententiae infinitivum cum ἀν non conveniro; nam quibus verbis aptus sit supra dictum est.<sup>1)</sup> Centum et viginti fore apud Thueydiem locis nudus infinitivus illud sequitur, unus est ubi, cum duo infinitivi sequuntur, priore loco nudus infinitivus futuri, altero idem adiecto ἀν legitur. Atque una tantum dempta littera opus est, ut intoger ille evadat. Sic enim legas VI 66, 1: ἐν φράσῃς τε ἀρχεῖν ἔμελλον ὅπότε βουλούντο καὶ οἱ ληπτῆς τῶν Συρακοσίων ἡκιστα (ἡκιστ' ἀν codd.) αὐτοὺς . . ληπήσειν. Alter locus VIII 71, 1 exstat hunc in modum adhuc editus: δὸς δὲ νομίζων τὴν πόλιν οὐδὲ ἡσυχάζειν οὐδὲ εὐθυς οὔτω τὸν δῆμον τὴν παλαιὰν ἐλευθερίαν παραδώσειν, εἰ τε στρατιὰν πολλὴν ἴδοι σφῶν, οἷς ἀν ἡσυχάσειν π. τ. λ., ubi nimiam verborum affluentiā eo excusat quod extrema manus huic Thueydidei operis parti non imposita sit. At mihi fateor neminem nec cursim quidem ita scripturum esse videri, nisi is homo plane stolidus sit. Verum vidit Dobracus, vir iudicii acunine in paucis insignis, cuius ingeniosa inventa plus quam par est adhuc editores

σκει πάντες παντάπαιδι διαφθαρόσονται ad solum ἐπιτηδεύοντες ἀν refor-  
tur, eademque ratione id videtur retinori posse apud Iosephum XI 47 ἐξ  
ἀν ἀν διαβάλλοντες πλέον ἔχειν δυνήσονται. Tribus enim his locis parti-  
cipio cum ἀν significatur quod eventurum esse probabile est, indicativo  
futuri quod, si hoc fieri vel factum erit, certo eveniet. Similiter ἀν ab  
indicativo futuri separandum est in Eur. Ale. 181 sq. οὐδὲ δ' ἄλλη τις γυνὴ  
κεκτήσεται, — σώφρων μὲν οὐκ ἀν μᾶλλον (scil. οὐσα), εὐτυχῆς δ' ἵστως  
et in iocosa horum verborum imitatione Arist. Eup. 1251 sq. οὐδὲ δ'  
ἄλλος τις λαβὼν κεκτήσεται, — πλεπτῆς μὲν οὐκ ἀν μᾶλλον εὐτυχῆς δ' ἵστως.

1) Quanquam a cogitandi vi verbi μέλλειν significatio profacta est, tamen nusquam cogitationem sine voluntate indicat, et quanquam vim illam ita retinuit ut cum infinitivo futuri iungi possit, tamen non magis cum infinitivo et ἀν iungitur quam reliqua volendi verba quibus vis putandi vel dicendi innata est. Ubi enim haec infinitivus cum ἀν sequitur nusquam volendi sententiam assumunt. Nam ἀν particulae vis a voluntatis significatione alienissima est. Quare potest futuri quidem infinitivus post illa verba per translationem quandam proprie corum sententias ad voluntatem referri, sed infinitivus cum ἀν nullo modo potest.



spreverunt. Cognovit enim τὴν πόλιν οὐχ ἡσυχάζειν (vel potius ἡσυχάσειν) ex eorum quae sequuntur interpretamento huc irrepsisse eoque deleto οὐτ' pro οὐδὲ scribendum esse. Pro οὐκ ἀν ἡσυχά- σειν autem verum praebent οὐκ ἀν ἡσυχάζειν M. Mosqu. Lugd. corr. Aug.<sup>1)</sup> Similis locus est V 82, 5 ὁ δὲ δῆμος τῶν Ἀργείων ἐν τούτῳ φοβούμενος τὸν Λακεδαιμονίους καὶ τὴν τῶν Ἀθηναίων ἔνυμαχλαν πάλιν προσαγόμενός τε καὶ νομίζων μέγιστον ἀν σφᾶς ὥφελήσειν, τειχίζει μακρὰ τείχη ἐσ θάλασσαν, ὅπως, ἵν τῆς γῆς εἴργωνται, ἵν κατὰ θάλασσαν σφᾶς μετὰ τῶν Ἀθηναίων ἐπαγωγὴ τῶν ἐπιτηδείων ὥφελῇ. Non solum male iungitur προσαγόμενός τε καὶ νομίζων, cum opinio ea causa socios adsciscendi sit (alibi enim talia aut ἀσυνδέτως aut simplici καὶ adiunguntur, qua de re cf. exempla in adn. ad I 1, 1 allata), sed etiam quam utilitatem ab Atheniensium societate Argivi exspectent accuratius postea dicuntur. Cum igitur non credam ita verba τε καὶ . . ὥφελήσειν emendari posse ut iis vis totius sententiae augeatur, delenda potius esse existimo. Talia saepius scriptoris verbis inserta esse ex iis suspiciari licet quae in optimis libris I 39, 3. 113, 1. II 78, 1. 91, 3 omittuntur. Ac profecto deleto turpi additamento nihil est quod ad sententiam plenam ac perspicuam desideres. Unum tantum optativi cum ἀν coniuncti exemplum est V 94: ὥστε ἡσυχίαν ἄγοντας ἡμᾶς φίλους μὲν εἶναι ἀντὶ πολεμίων, ἔνυμάχους δὲ μηδετέρων, οὐκ ἀν δέξοισθε. Sed optimi libri οὐκ ἀν δέξαισθε habent, et eadem prorsus sententia legitur οὐδεὶς ἀν δέξαιτο I 143, 2. Quodsi optativum futuri cum ἀν Thucydidi displicuisse constat, mirum sit, si infinitivo et participio id addere voluerit. Infinitivi autem futuri cum ἀν coniuncti praeter ea quae iam memoravi duo etiam exempla restant valde similia: II 80, 8 νομίζοντες, εἰ ταύτην πρώτην λάβοιεν, ὁρδίως ἀν σφίσι τάλλα προσχωρήσειν ἐτ VIII 25, 5 νομίζοντες, εἰ προσαγάγοιτο Μίλητον, ὁρδίως ἀν σφίσι καὶ τάλλα προσχωρήσειν. Quid scribi potuerit ostendunt III 94, 5 τούτων γὰρ ληφθέντων (i. e. εἰ ταῦτα ληφθεῖη) ὁρδίως καὶ τάλλα προσχωρήσειν ἐτ IV 69, 1 νομίζοντες, εἰ πρὸν ἐπιβοηθῆσαι τινας ἔξελοιεν, θᾶσσον ἀν καὶ τὰ Μέγαρα προσχωρῆσαι. Aoristi infinitivum utrobiique inferendum esse iudico; quem ipsum unus codex VIII 25, 5 servavit. Exempla participii cum ἀν ita tradita sunt ut uno loco VI 20, 2 οὐτ' ἀν τὴν ἀρχὴν τὴν ἡμετέραν εἰκότως ἀντ' ἐλευθερίας προσδεξομένας plurimi iisque optimi libri, altero V 15, 2 γνόντες νῦν μᾶλλον ἀν ἐνδεξομένους unus codex et Thom. Mag. p. 116, 5,

1) Codices iisdem notis quibus in editione Poppon. significavi.



tertio VII 67, 4 ὡς τῶν γε παρόντων οὐκ ἀν πράξοντες χεῖρον boni libri aoristum praebant. Herbstius his locis Thucydidem de statu quodam vel actione permanenti cogitasse voluit. Sed nihil impedit quin VII 67, 4 vertamus: 'quod maior quam in praesenti calamitas iis accidere non posset', V 15, 2: 'cognito iam magis eos propositas condicione accepturos esse' (cf. Herod. III 128), VI 20, 2: 'eos pro libertate nostrum imperium probabiliter non subituros esse'. Et quid efficitur illa explicazione, cum ne scriptum quidem ita esse satis constet? Patet quam nullius momenti sit anceps plerumque librorum scriptura et propter paucitatem locorum errorumque facilitatem prorsus dubia. Numerus enim maxime exiguis est pro multitudine eorum locorum qui apud futurum ἀν non habent, neque invenitur ubi ἀν additum sit nisi formis ad mutandum facillimus; quanquam aliis quoque generis satis multae leguntur (I 33, 3. 39, 2. 44, 2. 70, 3. II 13, 1. 20, 4. 40, 4. III 13, 5. 39, 3. 46, 2. 67, 1. 115, 4. IV 55, 4. 63, 2. 67, 3. 114, 3. V 50, 4. 105, 1. VI 92, 1. 102, 2. VII 77, 7. VIII 54, 2). Non magis autem quam apud Thucydidem apud reliquos Atticos scriptores ἀν apud futurum tolerandum est, cum consentiente librorum memoria paucissimis pro reliquorum numero locis traditum sit et qui facili mutatione corrigi queant.<sup>1)</sup> Itaque ad Atticorum

1) Quae consentiente librorum auctoritate apud reliquos Atticos scriptores tradita sunt futuri cum ἀν exempla haec sunt: Indicativi Eur. Iph. T. 895 τις ἀν οὐν τάδ' ἀν . . . φανεῖ (corrupta sunt prima verba; τις ἀρ' οὐν, τάλαν Nauck.), El. 484 πέμψουσιν θανάτοισι θάν . . . ὄψομαι (θανάτοις ἡ μὰν Nauck.), Plat. de Rep. 615 d οὐχ ἥκει, φάναι, οὐδ' ἀν ἥξει (οὐδ' αν ἥξει Madv. Adv. crit. I p. 435), Euthyd. 274 ε κάλλιστ' ἀν προτρέψετε (προτρέψατε Aldina), Symp. 222 a διοιγομένονς δὲ ίδων ἀν τις . . . εὐρήσει (αν τις . . . εὐρήσει Bekk.), Isocr. XVII 58 ὕστ' οὐκ ἀν εἰκότως περὶ ὀλίγον ποιήσεσθε (ποιήσαισθε H. Wolf.), Dinarch. I 68 τι δὲ ἀν (δαι ἀν Oxon.) — τιθῶμεν γὰρ ταῦτα — ἐὰν . . . ἀπαιτῇ . . . Αλέξανδρος τὸ χρυσὸν . . ., τι ἔροῦμεν (τι δ' έάν Funkhaenel.), I 109 πολὺ γὰρ ἀν δικαιότερον ἐλεήσετε (ἐλεήσαιτε Dобр.). De quinque optativi fut. cum ἀν coniuncti exemplis (Arist. Vesp. 1097. Plat. Legg. 719 c. Lys. I 22. Iyc. 14. 15) ita dixit Fassbaender I. I. p. 55 sqq. ut nihil addendum sit. Infinitivi haec habentur: Soph. OC. 1077 ὡς προμνᾶται τι μοι γνώμα τάχ' ἀν δώσειν (τάχ' ἐνδώσειν schol.), Eur. Hel. 448 πικροὺς ἀν (ἀρ' Herm.) οἷματ γ' ἀγγελεῖν τοὺς σοὺς λόγους, Antiph. VI 4 ἐλπίζων οὗτως ἀν ἅριστα πράξειν (πράξαι Dобр.), Xen. Hist. Gr. III 2, 12 οὗτως ἀν ἔφασαν τάχιστα νομίζειν αὐτὸν συγχωρήσειν (συγχωρῆσαι Dобр.), Ag. 7, 7 ἐξ ἡσ ἀν ἡγῆται μάλιστ' ἀν (μάλιστα Dind.) ἡμᾶς ἀλλήλους πολεμήσειν, Isae. V 23 ἡγούμενοι γὰρ οὐκ ἀν αὐτὸν βεβαιώσειν (βεβαιώσαι Naber), Demosth. XXIV 11b πολλοὶ γὰρ ἀν αὐτῷ ἐδόκουν οὗτοι γ' οἱ οὐλέπται ἔσεσθαι (delendum est ἀν ex insequenti αὐτῷ repetitum).



potissimum usum spectasse videntur veteres grammatici qui ab excusto sermone *ἄν* cum futuro alienum esse dixerunt.<sup>1)</sup> Cf. Bekk. Anecd. p. 127 μέλλοντι ὁ μὲν γραμματικῶν κανὼν οὐκ ἐπιτρέπει (scil. *ἄν* particulam), παρὰ τοῖς ἀρχαίοις δὲ οὐκ ὅλιγα εὑρίσκεται.

#### IV.

In titulis Atticis Euclide archonte antiquioribus ubique ὄπως cum coniunctivo *ἄν* secum habet; primum ὄπως cum nudo coniunctivo iuncti exemplum est in Corp. inscr. Att. II 115 extr. ἐπιμελεῖσθαι δὲ καὶ τὸν στρατηγοὺς . . . ὄπως Ἀρύββας καὶ οἱ παῖδες αὐτοῦ <κομί>σωνται τὴν ἀρχήν idque unum quarti saeculi (a. 343/2 a. Ch.), cum tertio demum hic usus increbrescat. Cf. Herwerd. Lapid. de dial. Att. testim. p. 73 sqq. Ὡς finale a titulis Atticis ante aetatem imperatoriam factis omnino abest. Cum sermone epigraphico comicus, praeterquam quod ὡς finale pariter atque ὄπως admittit, ita consentit ut in partibus dialogicis ubique ad ὡς et ὄπως cum coniunctivo *ἄν* additum sit. Nam si mittimus Arist. Lys. 1265. 1305, ubi ὡς cum nudo coniunctivo in canticis Doricis est, cum nudo coniunctivo ὄπως Vesp. 1526 in cantico est et ὡς Eccl. 286 in tetrametris iambicis cantico praemissis cum eoque conexis, in Eccl. autem v. 117 ἔννελέγημεν ἐνθάδε — ὄπως προμελετήσωμεν ἀκεῖ δεῖ λέγειν recte Velsenius προμελετήσαιμεν secundum reliquum Aristophanis utrum, qui in enuntiationibus finalibus verbum praeteriti temporis subsequentibus post ὡς aut ὄπως

Participii haec sunt: Xen. Mem. II 2, 3 ὡς οὐκ ἄν μεῖζονος κακοῦ φόβῳ τὴν ἀδικίαν παύσοντες (παύσαντες Coraës), Lys. XXXI 21 εὐ̄ γῆδει αὐτὸν . . . τὰ δέοντα ἄν ποιήσοντα (ἄν ex δέοντα repetitum del. Dobr.), Plat. Apol. 30 b ὡς ἔμοι οὐκ ἄν ποιήσοντος (ποιήσαντος Cob.), Isocr. VI 62. 63 ἐπίσταμαι . . . ὅτιοῦν ἄν ποιήσοντας . . . ὁμοίως ἄν βουλευσομένας . . . προθύμως ἄν ήμεν ἐπικονρρήσοντας (ποιήσαντας . . . βουλευσομένας . . . ἐπικονρρήσαντας Cob.), VIII 81 τὰ μὲν πικρότατα καὶ μάλιστ' ἄν ὑμᾶς λνπήσοντα (λνπήσαντα Cob.), Philem. comici fragm. 91 (ed. Kock.) ὅν οὐδὲ εἰς λέληθεν οὐδὲ ἐν ποιῶν — οὐδ' ἄν ποιήσων (οὐδ' αὐ̄ Wakefield.); unus restat locus cuius emendatio aliquam difficultatem habere videatur, sed non habet cognita corruptelae origine; Demosth. IX 70 πάλαι τις ἡδέως ἄν ἵσως ἐρωτήσων κάθηται; cum enim ἵσως in compluribus libris omittatur, genuinae scripturae ἡδέως ἄν ἐρωτῶν interpretandi causa videtur ἵσως ἐρωτήσων superscriptum fuisse hunc in modum: ἡδέως ἄν ἐρωτῶν.

1) Non laudo Herwerdenum quod etiam ab Homero *ἄν* (*κέν*) cum futuro abiudicavit (Revue de phil. VI p. 22 sqq.).



nusquam coniunctivum habet, restituit. Quod denique in Pherecratis fragm. 143, 7 (ed. Kock.) ὅπως ἀνεκλογίστως πλεῖστος οἶνος ἐκποθῆ exstat, trochaici tetrametri in quibus haec verba leguntur non diverbii, sed ἐπιρρήματος videntur particula esso. Λ comicis tragicorum sermo ita discrepat ut multo frequentius ὅπως et ὡς cum nudo coniunctivo ἴungant quam ἂν addant et ubi ἂν addatur multo saepius ὡς ἂν quam ὅπως ἂν habeant.<sup>1)</sup> Hinc cognoscitur sublimioris dicendi generis suisso ὅπως et ὡς cum nudo coniunctivo, in sermone communi ἂν additum esse, nisi quod ab usu epigraphico ὡς finale omnino alienum fuit. Ad Thucydideae autem historiae auctoritatem maxime conveniebat sublimitas elocutionis, et quam consulto eam secutus sit praeter alia, velut σσ et ρσ antiquiore more pro ττ et ρρ posita, maxime enuntiatorum finalium ab ὅπως et ὡς ordientium structura ostendit. Nam additi ad coniunctivum ἂν unum apud eum exemplum invenitur idemque unum ὡς finalis: VI 91, 4 εἰ μὴ . . . πέμψετε ἄνδρα Σπαρτιάτην ἀρχοντα, ὡς ἂν τούς τε παρόντας ξυντάξῃ καὶ τοὺς μὴ θέλοντας προσαναγκάσῃ non magis in suspicionem vocandum quam semel scriptum VII 65, 2 ὅπως ἂν finale cum optativo aut quod uno loco ad timidam exspectationem significandam legitur μὴ eum optativo et ἂν II 93, 3. Cum igitur Thucydides ὅπως ἂν cum coniunctivo, quod rarius tragici habent, omnino non admiserit, semel sibi concesserit ὡς ἂν, quo saepius illi utuntur, in eo genore etiam magis vulgarem dicendi consuetudinom aspernatus est quam ipsi tragici, in eo autem quod ὡς finale nusquam usurpavit nisi uno loco cum ἂν coniunctum proxime accedit ad sui et omnis antiquioris temporis usum epigraphicum, a quo illud omnino alienum est. Ut tragici sic Thucydides quoque non solum cum praesentis. (I 37, 4. 62, 4. 87, 4. III 46, 6. 51, 2. 74, 2. 105, 3. 107, 3 etc.), sed etiam cum aoristi coniunctivo ὅπως iunxit. Nam certa huius usus exempla inveniuntur ubi aoristus ex futuro depravatus esse nequeat, velut III 49, 2 ὅπως μὴ . . . εὑρώσῃ, III 81, 1 ὅπως μὴ . . . δρθῶσῃ, V 85 ὅπως δὴ μὴ . . . ἀπατηθῶσῃ. Quorum Cobetus nullam rationem habuit, cum VIII 109, 1 ὅπως μέμφηται τε . . . καὶ . . . ἀπολογήσηται et alibi ubi facilis negotio fieri posset aoristos in futura mutandos esse censorerit. Praeterea etiam aoristi coniunctivos in σσ et σωματι futuris simillimos sententiis finalibus ab ὅπως ordientibus exhibitos esse documento est exemplum epi-

1) De omni enuntiatorum finalium apud tragicos usu cf. Weber — Entwicklungsgeschichte der Absichtssätze I p. 79 sqq.



graphicum supra allatum. Thucydides autem adeo non vitavit coniunctivum post ὅπως in enuntiatis proprie finalibus, i. e. iis quae non a verbo curandi vel providendi pendent, ut futuri in talibus nullum apud eum exstet exemplum quod quidem libris consentientibus traditum sit. Nam VII 32, 1 Νικίας προπυνθόμενος πέμπει ἐς τῶν Σικελῶν τοὺς τὴν δίοδον ἔχοντας . . ., ὅπως μὴ διαφρήσωσι τοὺς πολεμίους, ἀλλὰ ξυστραφέντες κωλύσωσι διελθεῖν Μ., qui solus veram scripturam servavit, coniunctivum διαφρήσωσι habet (reliqui διαφήσουσι praeter ἀφήσουσι Ar. Chr. K.), quem verum esse eo confirmatur quod in altero enuntiati finalis membro κωλύσωσι optimi libri It. Vat. Laur. Aug. M. m. tuentur. Pariter VII 39, 2 κελεύειν ὅτι τάχιστα τὴν ἀγορὰν μεταστήσαντας ἐπὶ τὴν θάλασσαν κομίσαι . . ., ὅπως . . . ἀριστοποιήσωνται καὶ δι' ὀλίγον . . . ἐπιχειρῶσι coniunctivum ἀριστοποιήσωνται Vat. Pal. Laur. m. prae-  
bent ad ἐπιχειρῶσι convenientiorem. In his igitur enuntiatis finalibus cum coniunctivus ubique rescribendus sit, in reliquis optimorum sequenda est librorum auctoritas. Ut autem ὅπως cum nudo coniunctivo iungens sic in sententiis proprie finalibus futurum, quod in iisdem apud tragicos rarissimum est, excludens Thucydides maxime ad tragicorum usum se applicavit, sed ita ut in utroque genere etiam severiore se praestiterit.

Cum igitur in coniunctivi finalis usu magnam Thucydidei et tragicorum sermonis affinitatem invenerimus, etiam reliquis locis ubi contra communem Atticorum dicendi consuetudinem ἄν a coniunctivo abest ex tragicorum dictione videtur decernendum esse num librorum memoria servanda sit. Iam vero cum identidem apud Thucydidem μέχρι οὗ cum nudo coniunctivo legatur (III 28, 2. IV 16, 2. 41, 1. 46, 3) et eodem modo μέχρι I 137, 2 μέχρι πλοῦς γένηται, non dubito quin hoc ab ipso scriptore profectum sit, cum Soph. Phil. 764. Trach. 148. Ai. 555 item ἥως nudum coniunctivum secum habeat, neque assentior L. Dindorfio, qui in praef. ad Diod. I p. XXVII auctore Schneidero ad Aristot. Hist. an. vol. IV p. 169 μέχρι ἄν I 137, 2 restituendum esse dixit. Eodem modo πρίν cum nudo coniunctivo, quod VI 10, 5. 29, 2. 38, 2. VIII 9, 1. 3 legitur, tuentur Soph. Phil. 917. Ant. 619. Trach. 608. Ai. 742. 965. Eur. Or. 1218. Neque magis suspectus videri debet idem modus post pronomen relativum IV 17, 2. 18, 4, quem eundem habes in Aesch. Eum. 211. fragm. 238 (Dind.) Soph. OR. 1231. Trach. 251. fragm. 721; et quod uno loco, qui est VI 21, 1 εἰ ξυστῶσιν, consentiente librorum praeter paucos deterrimos memoria εἰ cum nudo coniunctivo legitur, quod



idem exstat in Aesch. Pers. 791. Suppl. 91. Eum. 234. Soph. OR. 198. 874. OC. 1443. Ant. 710, non minus hoc tolerandum esse puto quam pariter singularia ὡς ἄν cum coniunctivo et ὅπως ἄν cum optativo et cum eodem μή ἄν, quae supra memorata sunt. Num tamen idem ferri possit apud Aristophanem in Equ. 698. 700. 805. Pac. 450, qui ne alibi quidem apud coniunctivum ἄν omittere soleat (nam in censem non venit quod Av. 929 in ludi-bunda Dorici carminis imitatione legitur ὁ τι περ . . . θέλησ et Eccl. 688 in promptu est pro ὅτῳ δὲ τὸ γράμμα — μὴ ἔξελκυσθῆ rescribere ὅτῳ δὲ τὸ γράμμα' ἄν — μὴ ἔξελκυσθῆ), valde dubito, praesertim cum in Equ. 698 μὰ τὴν Δήμητρ', εἰν μή σ' ἐκφάγω pro μὰ τὴν Δήμητρά γ' εἰ μή σ' ἐκφάγω itemquo 700 ἦν μὴ ἔκφάγης pro εἰ μὴ ἔκφάγης plurimi libri praeter Rav. habeant et ibidem 805 Velsenius recte scripturam εἰ . . . διατρέψει alteri εἰ . . . διατρέψῃ praetulisse videatur et in Pac. 450 lenissima sit mutatio κεῖται τις . . . μὴ ἔντλαβοι pro κεῖται τις . . . μὴ ἔντλαβῃ a Meinekio proposita, ad quem optativum cf. Equ. 694 ibique Kockii adn. Lys. 235. Plut. 1072. His igitur locis si nudus coniunctivus exemptus est, etiam praeter sententiarum finalium consensum supra memoratum Aristophanis sermo cum titulis Atticis plane convenit, in quorum enuntiatis condicionalibus relativis temporalibus coniunctivus nusquam ἄν particula caret.

V.

Confusionis duarum structurarum Poppe olim in Prolegg. p. 150 sqq. haec exempla attulit: V 7, 2 αἰσθόμενος τὸν θροῦν καὶ οὐ βουλόμενος αὐτοὺς διὰ τὸ ἐν τῷ αὐτῷ καθημένους βαρύνεσθαι ἀναλαβὼν ἥγεν, IV 63, 1 καὶ νῦν τοῦ ἀφανοῦς τε τούτου διὰ τὸ ἀτέκμαρτον δέος καὶ διὰ τὸ ἥδη φοβεροὺς παρόντας Ἀθηναίους, καὶ ἀμφότερα ἐκπλαγέντες . . . τοὺς ἐφεστῶτας πολεμίους ἐκ τῆς χώρας ἀποπέμπωμεν, I 2, 5 τὴν γοῦν Ἀττικὴν ἐκ τοῦ ἐπὶ πλεῖστον διὰ τὸ λεπτόγεων ἀστασίαστον οὖσαν ἀνθρωποι φύκουν οἱ αὐτοὶ αἱεῖ, VIII 105, 2 οἱ Πελοποννήσιοι διὰ το κρατήσαντες ἀδεῶς ἄλλοι ἄλλην ναῦν διώκοντες ἥρξαντο μέρει τινὶ σφῶν ἀτακτότεροι γενέσθαι, VI 1, 2 ἐν εἴκοσι σταδίων μάλιστα μέτρῳ τῆς Θαλάσσης διελόγεται τὸ μὴ ἥπειρος οὖσα; confudisse enim scriptorem primo loco ἐν τῷ αὐτῷ καθημένους εἰ διὰ τὸ ἐν τῷ αὐτῷ καθῆσθαι similiterque in ceteris. Quam interpretationem a M. Hauptio tanquam novam ac propriam in Herm. III p. 150 denuo prolatam cum me auctore (cf. Annal. phil. a. 1870 p. 333 sq.) improbasset Reifferscheidius in Coniectan.



in Thuc. (ind. lect. Vratisl. a. 1876/77) p. 3, postea in Anal. crit. et gram. (ind. lect. Vratisl. a. 1877/78) p. 11 sqq., maxime commotus, ut videtur, simili quod ei innotuit exemplo Platonico Phil. 58 b οὐ . . . τοῦτο ἔγωγε ἐξήτουν πω, τίς τέχνη ἡ τίς ἐπιστήμη πασῶν διαφέρει τῷ μεγίστῃ καὶ ἀρίστῃ καὶ πλεῖστα ὥφελοῦσα ἡμᾶς, sententiam aliquantum mutavit, Thucydidem tribus locis IV 63, 1. VI 1, 2. VIII 105, 2 a legitima dicendi consuetudine descivisse sibi persuadens; sed id missis interpretandi artificiis ita sibi explicare visus est ut, quoniam participia cum articulo τό coniuncta pro substantivis verbalibus Graecis fuissent, velut τὸ μὲν δεδιὸς . . . τὸ δὲ Θαρροῦν I 36, 1, τὸ μέλλον I 84, 1, τὸ βουλόμενον I 90, 2, τῷ τιμωμένῳ II 63, 1, το μὴ κατὰ κράτος νικηθέν II 87, 3 quaeque sunt similia, ab his exemplis illa non differre diceret nisi quod participia neutrali forma exuta attractionis quodam genere substantivorum suorum genus numerū casum sequerentur. Similia ad hanc structuram IV 63, 1. V 7, 2. VIII 105, 2 defendendam comminiscitur Classenus in l. IV ed. II p. 228 sqq. Sed alibi ubi talia participia cum substantivis iuncta Thucydides habet grammaticam rationem servans aut non ponit articulum aut pariter atque participium ad substantivum accommodat. Cf. enim praeter II 49, 4 μετὰ ταῦτα λωφήσαντα et VI 3, 3 μετὰ Συρακούσας οἴκισθείσας I 23, 6 τοὺς Ἀθηναίους ἡγοῦμαι μεγάλους γιγνομένους καὶ φόβῳ παρέχοντας τοῖς Λακεδαιμονίοις ἀναγκάσαι ἐς τὸ πολεμεῖν, III 36, 2 προσέξυνεβάλετο οὐκ ἐλάχιστον τῆς ὁρμῆς αἱ Πελοποννησίων νῆες ἐς Ιωνίαν ἐκείνοις βοηθοὶ τολμήσασαι παρακινδυνεῦσαι, 53, 3 ὁ μὴ δηθεὶς λόγος τοῖς ὅδ' ἔχονσιν αἰτίαν ἐν παράσχοι, IV 26, 5 αἴτιον δὲ ἦν οἱ Λακεδαιμόνιοι προειπόντες, 29, 3 ὁώμην καὶ ἡ νῆσος ἐμπρησθεῖσα παρέσχε, 47, 2 τοὺς ἄνδρας . . . ὑπὸ ἄλλων κομισθέντας . . . τὴν τιμὴν τοῖς ἄγονοι προσποιησαι, VI 80, 2 εἰ γὰρ δι' ὑμᾶς μὴ ἔνυμαχήσαντας ὃ τε παθὼν σφαλήσεται καὶ ὁ κρατῶν περιέσται, VIII 9, 3 αἴτιον δ' ἐγένετο . . . οἱ μὲν πολλοὶ τῶν Χίων οὐκ εἰδότες τὰ πρασσόμενα, secundum quorum exemplorum similitudinem IV 63, 1 διὰ τὸ αἰτέκμαρτον δέος καὶ διὰ τοὺς Ἀθηναίους ἥδη φοβεροὺς παρόντας scribere licebat, cum V 7, 2. VIII 105, 2 διὰ τὸ ad participium causale additum prorsus supervacaneum esset et contra reliquum eius participii usum. Sed licet a consueta dicendi norma ita deficere ipsum non alienum fuerit a Graeci sermonis iudole, ut via ac ratione procedatur, priusquam alicuius enormitatis rationem indagemus, antea videndum est utrum haec revera extiterit an quae eius exempla esse videntur ad communem dicendi consuetudinem.



dinem revocari queant. Atque in Platonis quidem loco fatendum est hoc fieri non posse. Sed sive Thucydidem secutus esse putatur, cum eam sibi concederet licentiam, sive ipse sua sponte ad eandem dictionem devenisse, permirum esset, si in tot scriptorum voluminibus uno loco eam sibi permisisset. Cum igitur vel ea de causa suspectus sit locus Platonicus, ex Thucydideis unum corruptum esse facile apparet. Nam VI 1, 2, etiamsi mittamus inconvenientem articulum, ipsum participium nullo modo locum habet. Active enim hic non magis dici potest *αὐτὴν διεῖργε μὴ ἡπειρον οὖσαν* pro *μὴ ἡπειρον εἶναι* quam III 1, 1 *εἰργον τὸ μὴ . . . κακούργον* pro *τὸ μὴ . . . κακούργεται* aut Soph. Ai. 70 *ἀμμάτων ἀποστρόφους — αὐγὰς ἀπείρξω σὴν πρόσοψιν εἰσιδούσας* pro *εἰσιδεῖν*. Nam his locis omnibus participium in re quae non fit aut facta est sed ne fiat prohibetur prorsus contra sententiam est. Idem sensisse videtur Classenus, qui genuinum *εἶναι* praegresso *οὖσα* sibi videri permutatum esse recte dixit. Atque ipsum *εἶναι* praebet H., quae licet correctura sit (hic enim liber descriptus videtur esse ex Vat., qui cum reliquis *οὖσα* habet), vera tamen est correctura confirmata non solum a Demetrio de Elocut. § 72 *ώσαντως καὶ τὸ μὴ ἡπειρος εἶναι τὸ Θουκυδίδειον ipsa verba affrente, sed etiam Polyaeni et Procopii ea imitantium consensu.* Cf. enim Polyae. II 2, 4 *ἐλαχίστῳ διειργομένην ἴσθμῳ μὴ νῆσον εἶναι* et Procop. de bell. Pers. I 19 *τοσούτῳ γὰρ διείργεται τὸ μὴ ἐπιθαλάσσιος εἶναι*, de bell. Goth. I 1 *δνοῦν σταδίουν διειργομένη μέτρῳ τὸ μὴ ἐπιθαλάσσιος εἶναι*; I 26 *μέτρῳ γὰρ τοσούτῳ τὸ μὴ ἐπιθαλασσία εἶναι διείργεται Ρώμη, de Λειδι. IV 10* *ἴσθμῳ διειργομένη βραχεῖ μὴ νῆσος παντάπασιν εἶναι*. Hoc igitur loco cum participium corruptela ortum sit, VIII 105, 2 librorum memoria discrepat. Nam multi libri, inter quos Laur. et Pal., *διώκειν* pro *διώκοντες* habent, et vituperandus est Classenus quod Vaticani auctoritate nimium confisus, si quicquam mutandum sit, *διὰ τὸ κρατῆσαι* scribere mavult quam alteram codicum scripturam recipere, quae plane eandem sententiam praebet. Nam *διώκοντες* patet ex praegresso *κρατῆσαντες* ortum esse similiter atque VI 1, 2 *οὖσα* ex superiori *οὖσα*, et pari vito in Vat. IV 35, 1 *ἀναστρέψοντες* pro *ἀναστρέψθαι* et I 141, 4 in omnibus libris *πληροῦντες* pro *πληροῦν* scriptum est, quod certissima emendatione restituit Herwerdenus. Utique hic locus ad tuendam abnormem illam structuram afferri nequit. Quod ad reliquos locos attinet, de I 2, 5 Classenus et Reifferscheidius mecum consentiunt *ἐκ τοῦ ἐπὶ πλεῖστον iungendum esse*, et V 7, 2 Reifferscheidius comprobavit quod



καὶ οὐ βουλόμενος ‘quoniam inyitus’ valere docui, ut καὶ οὐκ ἔθέλων Hom. Il. IV 300. Od. II 110 et in sententia condicionali μὴ βουλόμενος Plat. Legg. 862a dixit, cum Classenus nulla necessitate coactus eum locum contra quam secundum legitimum sermonis usum interpretari malit. Uterque a me dissentit de IV 63, 1, ubi interpunctione post ἥδη posita φοβεροὺς παρόντας Ἀθηναίους (= τὴν φοβεραν Ἀθηναίων παρονσίαν) eodem modo dictum atque τοὺς Ἀθηναίους μεγάλους γιγνομένους I 23, 6 (cf. reliqua exempla supra allata) pro appositione accepi, sed neuter causam affert cur ratio a me inita, quae et sententiae satisfacit et grammaticae; reicienda sit, nisi quod illegitimam illam licentiam hic admitti posse opinantur. Maioris autem momenti quam hic locus ad confirmandam hanc opinionem esset VII 66, 3 ἀνδρες γὰρ ἐπειδὴν ὃ ἀξιοῦσι προύχειν κολουθῶσι, τό γ' ὑπόλοιπον αὐτῶν τῆς δόξης ἀσθενέστερον αὐτὸν ἐστιν ἢ εἰ μηδ' ὠήθησαν τὸ πρῶτον, καὶ τῷ παρ' ἐλπίδα τοῦ αὐχήματος σφαλλόμενοι καὶ παρὰ ἵσχυν τῆς δυνάμεως ἐνδιδόσιν, si verum esset quod Classenus contendit, concinnitatis causa non licere τῷ παρ' ἐλπίδα eodem modo accipere quo IV 62, 3 dictum est, sed παρ' ἐλπίδα τοῦ αὐχήματος pariter iungendum esse atque παρὰ ἵσχυν τῆς δυνάμεως (cf. V 14, 1), et mirum est quod hoc loco illius licentiae immemor de delendo τῷ ille cogitat, cum, si eadem ratione qua IV 63, 1. V 7, 2. VIII 105, 2 usus est τῷ cum σφαλλόμενοι iungatur, nulla mutatione opus sit. Sed concinnitatis ratio hoc loco non tantum valet quantum Classenus putat. Nam alibi quoque apud Thucydidem similem verborum aequilibrium inaequabilem structuram deprehendimus, velut III 82, 8 εὐσεβείᾳ μὲν . . . εὐπρεπείᾳ δέ et VI 17, 3 ἐκ τοῦ λέγων πείθειν ἢ στασιάζων, et Thucydides verbis τοῦ αὐχήματος σφαλλόμενοι superiorum ἐπειδὴν ὃ ἀξιοῦσι προύχειν κολουθῶσι sententiam accurate reddere maluit quam vocabulorum iuncturam sequentibus congruentem comparare, eaque ne in simili verborum forma sua sponte exsisteret, addito τῷ effecit ut παρ' ἐλπίδα ab insequenti τοῦ αὐχήματος disiungeretur. Cum igitur ex locis Thucydideis qui quidem consentiente librorum et testimoniorum memoria traditi sunt nullus steterit quin secundum legitimam dicendi consuetudinem explicari possit, plane iam actum est de uno et suspecto illo Platonis exemplo idque emendatione egere appareat. Itaque ibi aut εἰναι post ἀρίστη addendum est, quae proba est recentioris manus in cod. Ven. Σ correctura optime conveniens ad Theaet. 170 b οὐκ ἄλλω τῷ διαφέροντας ἢ τῷ εἰδέναι et de Rep. 501 a τούτῳ ἀν εὐθὺς τῷ ἄλλων διενέγκοιεν, τῷ μήτε ἴδιωτου μήτε πόλεως



ἐθελῆσαι ἀν ἄψασθαι, aut rescribendum τις ἐπιστήμη πασῶν διαφερόντως μεγίστη (scil: ἔστι) κ. τ. λ., quocum cf. Thuc. VIII 68, 3 παρέσχε . . . ἐαυτὸν πάντων διαφερόντως προθυμότατον et Plat. Prot. 349 d. ἀνδρειοτάτους δὲ διαφερόντως.

## VI.

Omnium frequentissimum vitiorum genus id est quod in vocabulorum formis versatur. Imprimis autem in Atticorum libris accidit ut posteriorum temporum loquendi usu contaminarentur. In locum enim formarum vere Atticarum librariis etiam invitis interdum eae quibus ipsi uterentur subibant. Quod adeo non mirum est ut, si non factum esset, mirari oporteret. Tantum igitur abest ut temeritatis accusandi sint qui in hoc genere a librorum auctoritate recedendum esse putant, ut eorum vituperatores levitatis crimine merito afficiantur. Thucydides autem cum ab ipso Phrynicho inter gravissimos puri atque incorrupti Attici sermonis auctores nominatus sit (Phot. bibl. p. 101 b, 4. Cf. Dionys. Hal. p. 454), dignissimus est cui genuinus eius nitor ubique restituatur. Qua de re cum Herwerdenus in Studiis Thuc. p. 111—134 ita dixerit ut, quamvis de nonnullis recte iudicaverit, non ubique tamen satis accurate et caute munere suscepto functus esse videatur, in eadem inquirendo non acta me acturum esse confido. Multa quidem proferam quae ab illo aliisque recte observata sunt, aliquotiens tamen meum interponere iudicium licebit. Complura huius generis quanquam iam recte docuerunt veteres grammatici, non tamen ubique eorum iudicio confidendum est, quippe qui non omnia satis diligenter observaverint et saepius inter se pugnant. Sed ad eorum doctrinam alia cognitionis subsidia accedunt, analogia sive ipsius linguae ratio atque norma, inscriptiones scriptoris actati suppare, poëtarum scaenicorum usus, apud quos metrum veris formis praesidio erat, denique universus optimorum librorum consensus ubi insta ratione, non falsis librariorum opinionibus nititur. Certissimum autem subsidium ad cognoscendum sermonem Atticum et veras vocabulorum formas indagandas inscriptiones praebent, etsi scriptorum dicendi usus non omnino cum earum sermone congruit. Itaque maximum fructum haec quaestio percipit ex illarum collectionibus nostra aetate factis<sup>1)</sup>) et quae hinc profecta

1) CI = Corpus inscr. ed. Boeckh, CIA = Corpus inscr. Attic., IA = Inscr. Graecae antiquissimae praeter Atticas in Attica repertae ed. Roehl, DS = Sylloge inscr. Graecarum ed. Dittenberger, CD = Delectus



sunt virorum doctorum studiis in dialecto Attica collocatis, ex quibus praeter ceteros nominandi sunt Cauer Herwerdenus Riemannus Meisterhans.<sup>1)</sup> Maxime tamen cavendum est ne ad unam omnia normam revocanda esse opinemur, cum inveniantur in quibus ipsi scriptores sibi constare noluerint.

Ac primum quidem de pronuntiationis signis disputabimus. Secundum grammaticorum igitur praecepta ἀθρόος ἀθροῖσι ἀθροῖσι cū spiritu aspero scribenda sunt. Cf. Herod. (ed. Lentz) I 538, 2 τὸ ἀθρόος ὅτε ἐπιτατικὸν ἔχει τὸ α (nam ἀθροος = ἀφθωος α στερητικόν habet) δασύντεται παρ' Ἀττικοῖς, II 716, 5 τὸ α τὸ ἀθροιστικὸν δασύντεσθαι θέλει οἷον ἄμαζα, ἀθρόον ἀντὶ τοῦ ὄμοῦ, ἄττας, ἄμα, Eustath. p. 251, 39. 966, 10. Suid. s. v. ἀθρόοι καταρρέοντες. Rem confirmat veriloquium, de quo cf. Curt. Etym.<sup>4</sup> p. 394. Veram scripturam duobus locis (I 122, 3. II 31, 3) m. servavit. Pariter ἀνύτω. Cf. Eustath. p. 1216, 65 Ὄμηρος μὲν ἀνύτω φησίν, οἱ δὲ ὑπερον Αττικοί ἀνύτειν φασίν. Άλιος δὲ Αιονίσιος φησι ὅτι δασεῖται η πρώτη, Bekk. Anecd. p. 14 ἀνύτειν δασύρουσιν οἱ Αττικοί. καὶ δῆκον ἐξ τῆς συναλοιφῆς χαθήτωσαν γέρο, p. 411 ἀνύτειν οἱ Αττικοί ὅπερ ἡμεῖς ἀνύτειν, Schanzii Proll. ad Plat. V 1 p. V. Th. εἴργεται dixisse, non εἴργεται (libri dissentient) composita ostendunt. Nam quod IV 47, 3 codd. παθεῖσται habent, hoc ad reliquorum locorum (I 76, 2. IV 98, 6. VI 6, 2. 91, 2. VII 57, 7. II 39, 1. 53, 4. III 45, 3. IV 37, 1) consensum corrigendum est. Etiam in antiquo titulo EA a. 1884 p. 162 sq. ter εἴρξα et bis εἴρξις sine H scriptum est. Quare etiam I 131, 2 εἴρχται scribendum est, quamquam aliud docet Herod. I 538, 6. Άληται, pro quo in parte codd. Άληται, III 91, 1 scribendum videtur, ut apud Strab. p. 260 et Antig. Caryst. 1 (cf. Kelleri notam) nunc legitur.

Proximum est ut de vocabulorum accentibus dicamus, qua in re Herodianum grammaticum potissimum auctorem sequimur.<sup>2)</sup> Qui a veteribus Atticis ἑτοῖμος (II 938, 24), ὄροιος (I 137, 13), ἑρῆμος

inser. Gr. propter dialectum memorabilium comp. Cauer. Ed. II., CS = Sammlung der griechischen Dialekt-Inschriften herausgegeben von Collitz, EA = Ἐργασίας ἀρχαιολογική.

1) De Dialecto Attica vetustiore scr. P. Cauer (Curt. Stud. VIII). Lapidum de dialecto Attica testimonia collegit atque dispositus H. van Herwerden. Riemann — Notes sur l'orthographie Attique (Bull. de corresp. Hellen. III. IV.). Le dialecte Attique d'après les inscriptions (Revue de phil. V. IX.). Grammatik der attischen Inschriften von K. Meisterhans. Cf. Riemanni censura (Revue de phil. IX.).

2) Licet non omnia ipsius Herodiani sint quae inter eius reliquias recepit Lentzius, tamen ab eius doctrina videntur profecta esse.



(II 938, 20, quo de loco cf. Eustath. p. 531, 32 et Dind. lex. Soph. s. v.) pronuntiatum esse docet (quare etiam *παρομοῖος* scribendum), et *τροπαῖον ἀσυνήθως* apud Th. περισπωμένως legi affirmit Eustath. p. 531, 38 idque omnino apud veteres Atticos fieri docet. Etym. magn. p. 769, 15 accuratius definiens quod Herod. I 369, 9 dicit *τρόπαιον καὶ τροπαῖον Ἀττικῶς*. Cum libri plurimis locis recentiorem accentum habeant, genuinum iam restituit Bekker. Pariter atque *τριήδων* scribendum est *νεοδαμώδων* (codd. plurimi *νεοδαμωδῶν*), si sequimur Aristarchi praeceptum apud Herod. I 428, 13. De *Ισοπληθεῖς* VI 37, 1, pro quo multi libri *Ισοπληθεῖς*, cf. Herod. II 851, 35 et de *Θαλαμιῶν* IV 32, 2 (vulgo *Θαλαμῶν*) I 119, 25. II 853, 4. Falso Pal. *τρυγητοῦ* pro *τρυγῆτον* IV 84, 1. Cf. Herod. I 220, 4. Spitzn. Excurs. XXX ad Hom. Il. Minus confidimus Herodiani praecepto II 709, 21 τὸ ι καὶ τὸ ν πρὸ τοῦ ξ οὐδέποτε εὑρίσκεται φύσει μακρά, cuius ipse exceptionem statuit in augmento temporali (*ἴξενον* exemplo utitur), quia a falsa analogia substantivorum in ξ desinentium (*κῆρυξ κήρυκος, φοῖνιξ φοίνικος*) videtur ductum esse. Nam in papyris Herculaneisibus identidem *ἐπιμειξία, παραμειξει,* similia scribuntur, ubi, nisi forte credas vetustam formam, de qua infra dicetur, servatam esse, ει pro ι longa, ut plerumque, videtur esse. Itaque *κηρύξαι διαψύξαι* scribendum esse putamus. Nonnumquam diversi sensus distinguendi causa accentus variatur. Eiusmodi sunt *πόνηρος* et *πονηρός*, de quibus Herod. I 197, 19 *Ιστέον* δὲ ὅτι τὸ πόνηρος καὶ μόχθηρος οἱ Ἀττικοὶ ἀντὶ τοῦ δέξινειν προπαροξύνουσιν, ὅταν τὸν ἐπέπονον καὶ ἐπίμοχθον σημανῃ, ἐπὶ δὲ τῶν κατὰ ψυχὴν φαύλων δέξινουσιν. Itaque VII 83, 4 recte omnes libri πονήρως, VII 48, 1. VIII 24, 5 eorum pars πόνηρα; VIII 97, 2 πονήρων rescribendum est. Contra idoneis testimoniis destitutum est βράχεα ubi vada significantur, quod aliquot libri II 91, 4 habent, qua de re cf. Lob. ad Phrym. p. 536 sq. Saepius accentu distinguuntur nomina propria ab appellativis. Sic *Φαλλός* discernitur a *φαλιός* (Herod. I 123, 17), *Γόγγυλος* a *γόγγυλος* (I 164, 4), *Τείχιον* a *τειχίον* (I 358, 10), *Ηρωτή* a *πρώτη* (I 343, 28), *Μόλοβρος* a *μολοβρός* (I 204, 25 et 205, 4). Codd. in horum nominum accentu discrepant. Ad similem distinctionem pertinet quod de participialibus docet Herod. I 180, 24 τὰ διὰ τοῦ μενος μετοχιὰ δέξινονται, εἰ μὴ πάθος τι γένηται παρὰ τὴν τινήν· τότε γὰρ προπαροξύνεται. τὰ δὲ ἐξύτονα ταῦτα Στησαμενός Ἀκεσαμενός Φαμενός Ἰαμενός Σωζομενός Δεξαμενός Τισαμενός Κλανσαμενός Ἀρχομενός. τὸ Ἰάλμενος προπαροξύνεται ὡς παθόν, ὥσπερ καὶ Ὁρμενός Κλύμενος Ἰκμενός Ἀρμενός. Itaque Ἐλλομενῷ III 94, 1



pro Ἐλλομένῳ scribendum (cf. Ὄρχομενός et Hesych. ἐλλόμενα· περικλεώμενα et ἔλλειν· ἄλλειν, πατέγειν) et Ἰδομενήν III 112, 1 (cf. Steph. Byz.) pro Ἰδομένην et Ἰδομενᾶς III 113, 3 pro Ἰδομέναις. Inveniuntur tamen etiam nomina propria quae Herodiano quidem auctore ab appellativis non discernantur, sed in parte codd. diversum accentum habeant: Ἀστυκός (I 149, 9; cf. Steph. Byz.), Μύλαι (I 320, 8. Μυλαῖ Steph. Byz.), Πρασιά (I 294, 28), Δεκτόν (I 390, 2), quibus secundum Eustath. p. 359, 22 accedit Ἀξιος; omnes libri II 23, 2 Καρωνός habent quod παροξύνεσθαι docet Herod. I 183, 8 idque confirmat Arist. Vesp. 1492. 1496. 1499. 1503. Dubitatio esse potest de Ἰχθῦς promunturii Elidis nomine. Nam Herod. I 236, 14 τὸ ἵχθυς προσηγορικὸν περιεσπάσθη ἀλόγως docentem si addito προσηγορικόν appellativum a nomine proprio distinxisse statuamus, contra libros Th., qui II 25, 4 Ἰχθὺν aut Ἰχθῦν habent, ex praegresso generali praecepto Ἰχθυν scribendum sit. Sed si ita distinguere voluisset, ille videtur τὸ προσηγορικόν scripturus fuisse, et in hoc nomine Graecos etiam vim appellativi sensisse II 25, 4 verba τὸν Ἰχθῦν καλούμενον et Strab. p. 836 πατὰ τὸν καλούμενον Ἰχθῦν ostendunt. Reliqua nomina propria quorum accentus Herodiani praeceptis accommodamus haec sunt: Ἡραιον (V 75, 6 codd. omnes, reliquis locis multi Ἡραιον) pronuntiandum esse docet I 129; 12. 369, 8, Θριῶξε (codd. variante lectione partim Θρίωξε) I 347, 30, Τροιζῆνος Τροιζῆνι Τροιζῆνα (v. l. Τροιζῆνος Τροιζῆνι Τροιζῆνα) I 15, 8. II 861, 11. 757, 13, Σιντῶν Σιντούς (v. l. Σίντων Σίντονς) I 216, 20 (cf. Steph. Byz.), Ἔορδονός (v. l. Ἔόρδονς) I 143, 18, Ἀλμωπας (v. l. Ἀλμῶπας Ἀλμώπας) I 247, 18 (cf. Steph. Byz.), Νήριουν (v. l. Νηρικόν) I 152, 8, Κρομμυῶνα (IV 42, 4 v. l. Κρομμύῶνα) I 22, 23. II 724, 13, Αιμηράν (v. l. Αιμήραν) I 260, 23, Φανοτεύς derivatum (codd. Φανότιδι) I 103, 11. II 852, 9, Άιον (v. l. Άιον) I 355, 30 (cf. Steph. Byz.), Δραβησκῷ (Δραβήσκῷ I 100, 3 omnes, IV 100, 2 aliquot libri) I 153, 28, Μαιδούς (codd. Μαιδούς) I 142, 11 (cf. Steph. Byz.), Ἡδῶνας (IV 109, 2 v. l. Ἡδωνες, IV 102, 2. V 6, 4 Ἡδωνας) I 25, 7, Ἀποδωτοί (codd. III 94, 5 Ἀποδώτοις vel Ἀποδότοις) I 221, 27, Γαληψός (IV 107, 3 vulgo Γάληψος) I 227, 6, Θυσσόν (v. l. Θύσσον Θύσσον) I 208, 4, Βουκολίωνα (v. l. Βουκολίωνα) I 20, 18, Τεγέαν (v. l. Τέγεαν) I 284, 17 (cf. Τεγέη apud Herodotum et epicos et Τεγέα in Pind. Nem. X 47), Ἐλωρίνην (codd. plerumque Ἐλωρινήν vel Ἐλωρινήν) II 867, 20, Συκῆν (v. l. Συκήν, corr. Aug. Τυνήν) I 313, 20 (cf. Steph. Byz., apud quem optimus cod. Rhedig. Συκῆ habet), Ἰηλύσου (v. l. Ἰηλυ-



σοῦ) I 213, 21, Πτελεοῦ Πτελεῷ (v. l. Πτελέον Πτελέῳ) I 355, 14, Φασῆλιδος (v. l. Φασῆλόδος) I 91, 13, Τάμως Τάμων (v. l. Ταμώς Ταμών, Ταμῶς Ταμῶν) ut Ἰνύρως I 245, 14 (quoniam de talibus diversae erant grammaticorum sententiae, de quibus cf. Goettl. de Accent p. 284), Ἰδάνον (v. l. Ἰδανοῦ) I 149, 13. Panca in quibus Herodiani auctoritas nobis non praesto est haec sunt: I 65, 2. V 18, 8 libri in nomine Σερμυλῶν consentiunt, nisi quod pars eorum priore loco Ερμυλῶν habet. Sed urbis nomen est Σερμύλη (cf. CIA I 446. Steph. Byz.; Herodot. VII 122 veram formam Σερμυλῆν pro Σερμύλην reddidit Boeckh.), unde non derivatur Σερμύλιος. In CIA I quattuordecies leguntur Σερμυλῆς vel Σερμυλίης et praeter illud a Steph. Byz. commemoratur Σερμυλιαῖς ὡς παρὰ τῷ Σερμύλων. Itaque Σερμυλῶν rescribendum. Cum accentu pariter falso libri plurimi III 94, 1 Ολνιάδων habent, cum nomen oppidi et Tb. et aliis sit Ολνιάδαι (Ολνιάδαι falso Steph. Byz. Cf. Soph. Trach. 510 et, cum proxim dubio nomen gentis terminatione patronymica factum urbi inditum sit, Ολνιάδαι idem viri nomen in IA 537). Valde libri V 6, 2 fluctuant in accusativo Πολλῆν, pro quo alii Πόλλην vel Πολλήν habent. Sed haec duo posteriora a Πόλλης Πόλλητος (Herod. II 680, 7. 684, 16) duci nequeunt; inter Πολλῆς Πολλῆν autem et Πόλλης Πόλλητα eadem nobis ratio videtur intercedere atque inter Θαλῆς Θαλῆν et Θάλης Θάλητον (Herod. II 683, 7). Quod VIII 6, 4 pro Φρύνιοι in parte eodd. Φρύνιοι legitur, cf. Arist. Nub. 971.

Crasim apud Tb. non ubique iis adhibendam esse in quibus fieri potest nec veteres Atticos in eo genere constantes fuisse ex inscriptis patet. Nam in titulis ante Euclidem archontem factis haec tantum crasis exempla inveniuntur: ἀθηναῖς CIA I 351, τὰθηραῖς CIA I 370. IA 4. EA a 1883 p. 35, τὰθηραῖς CIA IV 373 w, τὰθηραῖς CIA I 10 (cf. IV p. 5). 32, τὰθηραῖς DS 4. Nec magis ubique προύχειν προνηγάρει προύταξεν contractione facta scribendum est. Nam προύλαβεν est in CIA II add. 834 b I 11, προύλαβεν in titulo in Comment. instituti archaeol. V p. 323 exscripta, et ipsum Tb. biatum minime sequitur scimus (cf. Cie. Or. 151). Neque enim decerit a communis suae artatis uso, quem extendunt tituli Euclide archonte priores, in quibus frequentissima sunt exempla biatus qui crasi aut elisione evitari possit. Cf. Caner p. 291 sq. Dubitaverunt enim crassi utrum τὰθηραῖς an τὰθηραῖς scribendum esset. Sed cum articulus τῇ elisionem non patientur, hoc verum esse patet. Cf. τὰθηραῖς Aesch. Eumen. 881. Eur. Bacch. 285, Hel. 719.



*N* quod ἐφελκνστικόν dicunt, rectius ἐφελκνστόν dicerent, ne inscriptionum quidem testimoniis ad certam regulam revocare licet. Nam in titulis Euclide archonte antiquioribus saepe ante vocales omittitur, ante consonantes ponitur, perinde atque ante consonantes a poëtis quoque admittitur; posteriore vero tempore in titulis usus eius utrobique magis magisque increbruit.<sup>1)</sup> Sed certa lex quam secuti sint ex antiquioribus quidem titulis cognosci nequit, nisi quod sollemnis fuit eius usus in formulis ἔδοξεν τῇ βουλῇ, ἔδοξεν τῷ δῆμῳ, quare ἔδοξεν τῷ δῆμῳ scribendum est in populis cito IV 118, 11, et adverbiorum in θεν exeuntium ν finale, quanquam a poëtis in plerisque nonnunquam omittitur, constanter servant, quare V 59, 3 καθύπερθεν praeferendum est. In codicibus quidem Thucydideis rarius ante vocales ν omittitur, velut ἡχοντι Vat. habet I 39, 2, ἔλεξε Laur. I 87, 2, εἴκοσι et νανοί II 86, 3 et 4 pr. Laur.; multo frequentius ante consonantes ponitur. Atque ante consonantes quidem saepissime in Laur. ν erasum invenitur, rarissime in Vat. scriptum est, velut μέλλοντιν I 86, 2 habet, πέμποντιν pr. manu II 80, 2, ὀικοδόμησεν II 100, 2. Sane in Laur. atque II 80, 2 etiam in Vat. ν erasum est ex contrario quorundam magistrorum Byzantinorum praecepto, sed utrum antiquiores illius scripturae ipsius Th. manū an recentiorem ν ubique addendi consuetudinem, quae inde a fine saeculi quarti ante Ch. n. invaluit quamque etiam Maximus Planudes (Bekk. Anecd. p. 1400 sq.) agnoscit, reddant valde dubium est. Omnino autem tam discrepans librorum mss. in ea re est, quantum eam novimus, memoria ut via non aperiatur qua ad ipsius scriptoris manū perveniamus. Ad tempus igitur nulla est ratio qua tralaticiam plurimorum editorum in hac re constantiam derelinquamus, quam ipsum Th. non secutum esse satis certum est. Hoc unum constat, Bekkeri rationem ν in fine membrorum cuiusque sententiae ante consonantes addendi non comprobari antiquis titulis, qui in intermissa oratione multo saepius quam in continua illud et ante vocales et ante consonantes omittunt.

Littera ι quam nos subscribimus in antiquioribus libris aut adscribitur aut omittitur. Hinc corrigenda est vulgata nonnullorum vocabulorum scriptura. Perinde igitur atque ἵ scribendum est ὅπῃ πανταχῇ (CIA II 1054, 82) λάθρᾳ πολλαχῇ quaeque sunt similia, quibus in codd. nonnunquam ι deest; in πρώρᾳ contracto ex πρώειρᾳ (cf. Herod. II 411, 11) πρώρᾳθεν ἀντίπρωρος ι ser-


1) Cf. Hedde-Maassen de littera ν paragogica (Leipziger Studien IV).



varunt Pal. et Aug. VII 36, 2. 3 itemque in ἀντίπρωφος solus Pal. IV 8, 7. 14, 1. VII 34, 5; λῆξεσθαι, non λητέσθαι scribendum esse Eur. Troad. 383. 866 ostendunt, pariterque πλώξω, non πλωτέξω exarandum esse ex Herod. I 444, 7. II 571, 27 (cf. Usener in Annal. phil. a. 1865 p. 242) cognoscitur. De Μινώα cf. Herod. I 303, 15. II 420, 25 et de καλώδιον II 541, 4. Δρῶι nomini ut et subscrribatur II 101, 3 Aug. scriptura Δρῶι suadet et in Ἀκροθώνις IV 109, 3 id perperam omitti ex CIA I 37, 4 appareat. Ut nominis clari statuarii Argivi qui a Pausania Ἀγελάδας itemque a Plinio Ageladas appellatur genuinam formam Ἀγελάδας fuisse IA 42 ostendit, ita apud Th. non Σθενελάδας Ἐρυξιλαίδας, sed Σθενελάδας Ἐρυξιλάδας scribendum est. Cf. Φιλάιδης CIA II 983, 140 et Φιλάιδης ibidem 985 i 19, Λάιδας DS 389, 26 et Λάδας DS 258, 1. VII 39, 1 optimi codd. πρωτερον vel πρότερον, VIII 101, 3 plerique πρωτερον et VII 19, 1 optimorum tres πρωτατα habent. Haec cum a πρώτῳ, pro quo item in libris πρωτί invenitur (cf. Arist. Vesp. 104), derivata sint, patet πρωτερον πρωτατα scribendum esse. Nam πρωτερον et πρωτατα Ionica sunt a Ionico πρωτί ducta. Quod in It. VII 19, 1 πρωτατα γρ. legitur, haec scriptura tradita praeterea est in M., in cuius margine πρωτατα est. De πρώτη, cuius et III 113, 4 in omnibus libris omissum est, cf. Herod. I 490, 4. II 574, 26. Ex inscriptionibus, quibus pars grammaticorum accedit, satis constat veteres Atticos σώζω (CIA I 97. II 268, 13. 332, 35. 793, 5. 972, 7) θνήσκω (ΕΑ a. 1884 p. 65 sq.) dixisse et et subscriptum horum verborum praesentibus et imperfectis ubique addendum esse, idemque de μιμησκω grammaticorum (Herod. 551, 15. Etym. m. 452, 29) testimonio constat. Cf. Weckl. Cur. epigr. p. 46. Quod vero ἔσθσεν in CIA II 605, 6 legitur, monendum est inde a Macedonica aetate hoc et, cum pronuntiari desineretur, nonnunquam falso et omissum et additum esse. Nam tempora praeter praes. et imperf. a σώω (= σαώ) ducta esse σέσωμαι ἔσθητη ostendunt, nec magis verum est ἔσθσε quam σεσθμένους CIA II 225, 11, quod saltem debebat σεσθμένους esse. Praeterea in CIA I nomina propria a Σωσι incipientia hoc et omnia carent. Itaque IV 62, 2 falso additur et a Pal. et M. in ξνθιασῶισαι. Idem valet in οὐτωι, quod in Vat. I 37, 1 legitur, quanquam inter grammaticos fuerunt qui in adverbii in οωexeuntibus additum et probarent (cf. Usener l. l. p. 248 sqq.). Cum enim origo eius terminationis obstet (cf. G. Meyeri Gram. Gr. § 303 et 115), in οὐτωι non magis causam et habet quam in ἔφη et πλεῖσι, quae idem Vat. I 37, 2. 67, 4 habet.



Omnium frequentissima sunt itacismi vitia neque ullum magis vulgatum quam *i* et *ει* vocalium permutatio. Atque in nominibus quidem propriis his veram scripturam inscriptiones praebent: *Κάμιρος* VIII 44, 2 recte plurimi codd. habent (cf. indicem CIA I et Herod. I 198, 3. II 530, 1). *Στάγιρος* autem nominis vera scriptura (cf. ind. CIA I et Herod. II 449, 5) in libris mss. prorsus evanuit. Nomen viri Corcyraei I 47, 1 esse *Μικιάδης* (plurimi codd. *Μειν.*) docent *Μικιάδης* (cf. *μίκης*) IA add. 380 a et *Μικίων* CIA I 418. 438. II 982. 983. 1047. 1049 et *Μικύλος* DS 404, 31. *Κρωπιά* pagi Attici nomen fuisse (codd. plerique *Κρωπειᾶς* II 19, 2) *Κρωπίδης* δημοτικόν inde derivatum (CIA II 315. 470. 864) ostendit (cf. Herod. I 291, 2). Simile est *Πρασιάι* (optimi codd. VIII 95, 1 *Πρασείων*). Cf. δημοτικόν inde ductum *Πρασιεύς* CIA II 994, 19. 20. Steph. Byz. Idem oppidi Laconici nomen, quod praeter accentum, de quo supra monuimus, II 56, 6. VII 18, 3 omnes libri tuentur, VI 105, 2 solus Vat. habet, cum in reliquis sit *Πρασίαν* vel *Πρασιάν*. Cf. Arist. Pac. 242 et Steph. Byz. Denique verum est *Ανακίω* pro codd. *Ἀνακείω* VIII 93, 1 secundum CIA II 660, 44 (cf. *Ἐλευσίνιον* DS 13, 29). Contra *Ποτείδαια* (cf. ind. CIA I et II 58. 59. Arist. Equ. 438; codd. ubique *Ποτείδαια*), cuius oppidi incolarum nomen cum in titulis *Ποτειδεῖται* (CIA I 240. 241. 242. 244) et *Ποτειδεῖται* (CIA I 236. IA 70) sit, longiorem formam Th. libri tuentur. Pariter *Φλειοῦς* *Φλειάσιος* (CIA I 45. II 57 b. IA 70); verae scripturae vestigia in Th. codd. haec manserunt: *Φλειασίαν* Pal. V 115, 1 idemque V 57, 2 *Φιλειοῦντα*, V 58, 2 *Φιλειοῦντα* H., V 57, 2. 58, 2 *Φιλοιοῦντα* I. et V 58, 1 C. I. similiaque in M. inveniri meminimus. Cum urbs, ut testatur Herod. I 243, 16, nomen a verbo *φλεῖν* duxerit, de origine *ει* vocalis cf. quae disputavit Usener in Annal. phil. a. 1872 p. 742 sq. Porro *ει* habent *Διειτρέφης* (CIA I 402. 447. II 667. add. 834 b; codd. *Διτρό*. vel *Διοτρό*.), *Τεισίας* *Τεισίμαχος* *Τεισαμενός* *Τείσανδρος* (sic constanter in titulis ante Romanam aetatem perinde ac *τεῖσαι ἀποτεῖσαι*, nec solum in Atticis, sed etiam in aliarum gentium, qua de re cf. ind. IA), *Μελίτεια* (CS 1415; codd. IV 78, 1 *Μελιτίαν*; duplice tamen nominis formam, *Μελίταια* et *Μελίτεια*, agnoscit Herod. I 272, 35. II 549, 24 idque confirmat in titulo *ἐθνικόν Μελιταιεύς*). Deinde Herodiano auctore scribendum *Κενούφαλεια* (I 278, 34), *Γεράνεια* (I 275, 29), *Λαύρειον* (I 371, 6. II 459, 41), *Μολύνρειον* (I 299, 25. 374, 18), *Κρονύλειον* (I 373, 17. II 460, 2), *Σολύγειος* (I 136, 28), *Ἀλύξεια* (I 277, 18), *Ηετιώνεια* (I 278, 17), *Ροΐτειον* (I 371, 9. II 459, 9), in quibus



aut pars librorum aut omnes et pro ει habent. Cum varium fuerit nomen urbis Adramyttei, mutatis inter se non solum ει et ι, sed etiam δ et τ, qua de re cf. Herod. I 373, 11. II 467, 23, quae varietas etiam in codd. comparet, Th. Ἀτραμύττειον dixisse testatur Oro auctore schol. V 1 Ἀτραμύττειον] Ὡρον· Ἀδραμύττειον Εὔπολις, Ἀτραμύττειον Θουκυδίδης. In numinis Ἀδραμύττειον (Eckh. Doctr. num. II p. 448), quocum cf. Ἀδραμυτηνός CIA II 470, 110. Sed Ἀτραμυτηνός ibid. 983, 117. Pro Λαοδικίω IV 134, 1 Λαοδοκείω auctore Bursiano in Geogr. Gr. II p. 227, 4 rescribendum esse censemus, cum item apud Polyb. II 51, 3. 55, 3 Λαδοκείοις Λαδόκεια nunc restitutum sit. Contra Steph. Byz. auctore I 129, 1 Δασκυλῖτιν (Reg. Δασκυλεῖτιν) et II 99, 2 Ἐλιμιῶται (Ἐλιμειῶται pars codd.) praferimus, quanquam, ut ipse Steph. indicat, iam antiquo tempore de horum nominum formis dubitatum est. De ι et ει vocalium extra nomina propria permutatione haec inoneimus. Primum ex inscriptionum testimonio (συμμετέξ<sup>ας</sup>) CIA I 492, ubique σύμμεικτος, quare σύμμικτα falso supplevit Koehler II 645, 12. 656, 4, Μειξίας Μειξικλῆς quotque nomina propria similiter sunt formata) contra librorum memoriam μειγνύναι μειξαι (cf. δεικνύναι δειξαι) ξύμμεικτος ἀμεικτος ἀμειξία scribendum est, similiterque νείφω (cf. I. Schmidt Zur Gesch. des Indogerm. Vokalismus I p. 314; pars codd. III 23, 5 ὑπονιφομένη, IV 103, 2 ὑπένιφεν); deinde ἀνδρεῖα (libri partim ἀνδρία) secundum Herod. I 292, 9. II 476, 3, cuius doctrinam et Ionicum ἀνδρηή (Herod. VII 99) et poëtarum scaenicorum usus confirmat, apud quos unus locus (Arist. Nub. 510) diphthongum postulat, reliqui (Aesch. Sept. 52. Soph. El. 983. Eur. El. 845. Troad. 674. Arist Equ. 268) tolerant (nam Eur. Herc. 475 nunc pro certa habetur Elmsleii emendatio εὐανδροίᾳ pro ἐπ' ἀνδροίᾳ); porro δημητεῖα ab δημητεύω ductum (Herod. II 560, 3; pars codd. VIII 45, 2 δημητρία) itemque γυμνητεῖα (pars codd. VII 37, 2 γυμνητία), quod pariter a γυμνητεύω derivatur atque ἐππεινα ab ἐππεύω; denique κηρυκεῖον (Herod. I 375, 30; pars codd. I 53, 1 κηρυκίον). Non probamus quod Herwerdenus VII 75, 6 αἴκεια scripsit pro αἴκια codd., quod nomen ab ἀεικής αἴκής ductum esset; quanquam enim apud tragicos paenultimam ubique longam habet, eadem in Arist. Eccl. 663 brevis est (cf. Mey. Gram. § 113). Nihil certius est quam falsas esse formas φιλόνεικος et inde derivata φιλονεικία et φιλονεικεῖν et ubique restituendum esse φιλόνικος φιλονικία φιλονικεῖν, quanquam haec depravatio iam Herodiano imposuit II 445, 6 scribenti φιλόνικος ἐπὶ τοῦ τὴν νίκην φιλοῦντος, τὸ δὲ φιλόνεικος



dia iis a duxerunt regi in ratus epireo. Nam certa analogia docet, si a ratus originem illa docent, adiectivi formam quovat, non quovatus esse operare. Nam in toto hoc compositionis genere nostra in eis terminacionem us (alijus adijus ejus pugnus fatus pugnus exiis amis exiis deponit uis regis nobis pugnus amis amis regis nobis ueris alijus ueris amis regis nobis ueris regis) habent. Et a ratus docetur Hellenicus, cuius modicis origines designant Soph. Ant. 111. Eur. Phoen. 1424, tolerans (Aesch. Sept. 530) epurans (Soph. Trach. 104). Neque minus propter significacionem quovatricia reprobata est. Nam ratus ratus, controversies, pugna significat, non certam vim habet, unde omni potest quovatricia ratione ambitione nata. Denique rem maritum confidat Plat. de Rep. 581 b. 582 c, ubi in eodd. quidam quovat et quovatus legitur, sed ipse Plato eorum vocabulorum origines a ratus et rata repuit. Rete igitur istud ad Plat. Ale. 122 c, ubi item quovatricies traditionem est, explicantur quovatricies die iwo i, tunc quovat iis ratus. Cf. Beck. Anecd. p. 315, 23 quovatus i regi in pugnatrice ratus dicitur. Veram formam quovatricies apud Th. I 41, 3 Pal. servavit. Parum recte ὄγεια ab Herod. II 611, 1 τηρητήρων γραμ ὄγεια δαι et πολιτανα κανικούν ueras ostendit, qui utraque forcea proximice erunt (ὄγεια Soph. El. 944. Arist. These. 193, ὄγεια Eur. Androm. 539. Arist. Ecd. 576), et ὄγεια CIA I 85, 3; apud Thucydidem ut apud Platonem (cf. Schanii Proll. ad Plat. II 2 p. VII sqq.) ὄγεια maiore librorum auctoritate videtur communandi itemque τηρητήρια (cf. Herod. II 453, 15), qua forcea tragica sola uisi sunt (cf. Dind. lex Soph. s. v.). Ut τηρητήρ (IA II 316, 24 DS 343. Arist. Eps. 575. 702 legimus, sic I 126, 8 τηρητήρια (eodd. longe plurimi et optimi τηρητήρια) verendum est. Aperte falso est ἐπαγαγεῖς III 62, 5 in panes libato traditione (cf. Herod. II 512, 22), nec probatur distinctionem quod inter ἐπαγαγεῖς, ανθεῖς, et ἐπαγαγεῖς, γαλατium. Lib. ad Soph. Al. 662 et Dind. in Steph. Theb. statuerunt. Neque magis credamus Th. nequam ὄρετο pro ὄρετο dicens, quamquam cum eo senectus dictum est ab Aristophane (cf. Koch ad Eps. 587) et legimus in CIA II 176. Nam eum pro expeditione ab Aristophane nequam ὄρετο diceret, a tragicis nequam ὄρετο (cf. Aesch. Ag. 603. Eum. 631. Eur. Seppi. 23. 116. 229 et Aesch. Pers. 9. 25. 534. 857. 918. Ag. 799. Eur. Her. 133. Iph. A. 171. 753. Ehes. 6. 15. 19. 38. 233), sed dubius loris pro exercita ὄρετο (Eur. Iph. A. 495. Ehes. 263), illum usum sermonis vulgari tribendum.



esse efficitur. Itaque apud Th., cuius dictio a sermone vulgari aliena est, I 9, 3. 10, 3. IV 70, 1. V 60, 6 etiam contra plurimorum librorum memoriam στρατεία praferendum est, praesertim cum IV 70, 1 calami vitium etiam collato IV 74, 1, ubi eadem res memoratur, manifestum fiat et reliquis centum et sexaginta locis libri in στρατιά fere consentiant. Deinde ει per errorem cum falso simul accentu (cf. Herod. II 476, 25) scriptum est in ἀντηγειδας pro ἀντηριδας, quod pars codd. VI 36, 2 habet, ut ostendit Eur. fragm. 918 (Dind.) Rhes. 785. Hesych. s. v. Item pro ἐνελλοντες II 76, 1 ἐνίλλοντες rescribendum est; legitimum enim est aut ἕλλω (Mey. Gr. Gr. § 497) aut εἴλω (ibid. § 499) vel εἰλέω. Tum ἀκηρυκτι I 1 ex Laur. (plerique ἀκηρυκτι) recipere licere, id quod commendant ἀκοντι (cf. Herod. II 464, 15) et ὀνομαστι libris consentientibus tradita, ἀστακτι cum brevi ultima apud Soph. OC. 1251 (eandem longam habet ibid. 1646) et ὀνομαστι CIA I 40, 44 ostendunt; similiterque VII 1, 1 πανσυδι (F. et Poll. VI 162 πασσυδι, de quo cf. πανσέληνος VII 50, 4. Soph. OR. 1090, πάνσυφος Aesch. Suppl. 319, πανσαγία Soph. Ant. 107) codd. longe plurimi et optimi tuentur, quanquam Aelius Dionysius apud Eustath. p. 136, 18 hunc locum afferens πανσυδει scribit et Suid. πασσυδει, hic tamen praeterea commemorans scripturam πανσυδι (cf. Poll. I. l.); contra ει in iis locum habere quae, velut ἀμαχει et πανδημει, a substantivis primae et secundae declinationis derivantur ἀσυλει et ἀσπονδει CIA I 41, 13. DS 84 probant. Cf. Mey. Gr. Gr. § 350. Denique de λιποστρατια λιποστρατιον λιποψυχειν (codd. partim λειπο —) cf. Soph. fragm. 440 (Dind.) Eur. Or. 1305.

Ut ι et ει ita posterioris temporis pronuntiatione inter se permutata sunt αι et ε. Sic pro Αἰθαιῆς, quam scripturam Steph. Byz. s. v. Αἴθαια testatur, I 101, 2 in codd. Αἴθεεις vulgatur, pro Καιάδαν I 134, 4, de quo cf. Strab. p. 367. Hesych. s. v. καλατα, Suid. s. v., in nonnullis libris ut apud Paus. IV 18, 3 Κεάδαν est. In paucioribus codd. identidem Αἴγεστα Αἴγεσταιοι legitur; sed Ἐγεστα 'Ἐγεσταιοι Steph. Byz. (cf. Herod. I 223, 19) et Ἐγεσταιων Σεγεσταιων in nummis (cf. Eckh. Doctr. num. I p. 234) et apud Latinos Egesta Segesta. Item VIII 106, 3 in plurimis libris Ηελληνατων pro Ηελληνέων (cf. Steph. Byz. s. v.). In codd. prorsus evanuit antiquum oppidi Ionici Αἰρατ nomen VIII 19, 4. 20, 2, quod solum praebet Steph. Byz. s. v. confirmatum antiquis titulis (cf. in ind. CIA I Αἰρατοι Αἰρατης). Novicia forma Ἐρατ invenitur etiam apud Strab. p. 644. De Leontinorum loci V 4, 3 commemorati nomine schol. Φωκέας] οι μὲν ἔκτεταμένως ἀναγιγνώσ-



κονσιν, ὡς Πρασιάς (Πρασειάς?), οἱ δὲ συνεσταλμένως. Cum aliunde ille notus non sit, plurimorum codd. scriptura Φωκαῖας videtur praeferenda esse. Contra perperam Θυραῖαν pro Θυρέαν (cf. Herod. I 284, 20. II 523, 5) pars codd. II 27, 2. IV 56, 2. 57, 3. V 41, 2. Attice Ἀλκμεωνιδῶν VI 59, 4 unus Laur. ut CIA I 433. II 946. Recte in Th. libris plerumque appellatur nomen Lacedaemoniorum ducis Πεδάρητος; sed praeterea invenitur Παιδάρητος Πεδάρητος. Nam Πεδ(= μετά)-άρητος formatum est ut Ἐπάρητοι, delecta Arcadum manus (cf. Xen. Hist. Gr. VII 4, 22. 33. 36. 5, 3. Hesych. s. v. Ἐπαρόντοι), et Ἐπάρητος (Hom. Od. XXIV 306). Falso igitur in Plut. Lyc. 25. Mor. 231 b. 241 d Παιδάρητος, Mor. 191 f Παιδάρητος scribitur.

Rarius eodem modo *i* et *η* confusa sunt, quale in aliquot codd. est Μελίσανδρον II 69, 1 pro Μελήσανδρον (CIA II 801) et Λυγκισταὶ Λυγκιστῶν II 99, 2. IV 79, 2. 83, 2 pro Λυγκησταὶ Λυγκηστῶν (cf. Steph. Byz. et Lyncestae apud Liv. XXXXV 30, 6). Eodem pertinet Φαμματίζου, quod in multis libris I 104, 1 legitur, si in celeberrimo titulo ad Nubiae locum Abu-Simbel invento (IA 482) Φαμματίζου Φαμματίζω in antepaenultima *α* pro *η* habent, ut ibidem Ἐλεφαντίναι et Ιαλύστος.

Practerea itacismi vitio *i* pro *v* scriptum est in μολίβδῳ, quod plurimi libri I 93, 5 habent, (cf. CIA II 807. add. 834 b 40) et in deterioribus libris Παντακίου VI 4, 1 pro Παντακίου (Pantagyae Med. Pal. Rom. sched. Vat. in Verg. Aen. III 689); contra *v* pro *i* in Μοννυχίᾳ pro Μοννυχίᾳ ex falsa nominis derivatione ubique irrepsit (cf. CIA I 215. 273. IV 191 quaeque concessit Meisterh. § 8, 6 et Ahrens in Mus. Rhen. XVII p. 362); similiter in optimis libris VIII 95, 1 Θορυκοῦ pro Θορυκοῦ (cf. CIA I 189 a) et Φάτνος II 80, 5 pro Φάτιος, quae sola aliunde nota est nominis forma, et in Laur. et quattuor deterioribus VI 5, 1 Μιλητίδαι pro Μυλητίδαι, si in nomine aliunde non noto fides est reliquis libris, qui praeter Μυριλίδαι M. et Μυλιτίδαι Cass. Mosqu. alteram formam tuentur. Pro *v* falso *ει* habent libri longe plurimi in Πειρασίου pro Πυρασίου II 22, 3 (cf. Strab. p. 435 et Steph. Byz.); nam Πειρασίας urbis ἐθνικόν secundum Steph. est Πειρασιεύς.

In formis verbi κλήσις κλήστος omnibus locis pars librorum *ει* habent. Sed veteres Atticos κλῆσαι dixisse testatur Photius s. v. idemque de ipso Th. traditur in Cramer. Anecd. Ox. I p. 226 (cf. κλῆσις in CIA II 675, 44).

Pro *ει* contra librorum memoriam videtur *ει* rescribendum



esse in δωρεάν III 58, 1 propter CIA I 8. IV 25 et veterum poëtarum scaenicorum usum, apud quos omnibus locis (Aesch. Prom. 338. 616. Soph. Ai. 1032) eius vocabuli paenultima pro longa haberi potest (contra brevis est in Phoenicidis, recentioris comoediae poëtae, fragm. 4, 7. 9. 10 Mein.). Cf. φορβειᾶ Arist. Vesp. 582. Item longior forma Κεγχρειά Κεγχρειαί, de qua cf. Steph. Byz. s. v. Αἴνεια et Herod. I 285, 3. II 561, 19, maiore codd. auctoritate commendatur (*Κεγχρεῶν* VIII 10, 1. 23, 1 Vat., *Κεγχρεᾶς* VIII 20, 1 E.). Contra IV 119, 2 Αἴνειας propter consensum librorum mss., qui hoc aut Ἐνέας habent, et CIA I 478 praeferendum longiori formae *Αἴνειας*, quae apud schol. Arist. Equ. 791 legitur (cf. Herod. II 347, 20. 470, 25). Nec credendum Photio et qui eum exscripsit Suidae docentibus ἐώθως χωρὶς τοῦ ι "Αρχιππος καὶ Ἀράρως ἐώθας καὶ Θονκυδίδης ἐώθεσαν. Nam quae ex duobus comicis afferunt vel ideo suspicionem movent quod reliquis comicorum locis omnibus εἰ metri causa aut postulatur (cf. Arist. Pac. 730. 853. Menand. fragm. 619. 649 Mein.) aut toleratur, neque aliter apud tragicos. Itaque non magis de Th. res credi potest. Cum optimorum librorum consensu comprobetur Th. ἐς pro εἰς dixisse (nam temere Meisterh. § 49, 5 suspicatur hanc esse antiquiorem scribendi rationem ab Alexandrinis relictam, cum nulla sint indicia quibus Th. antiquiore litteratura usum esse appareat, quam ne Euripidem quidem adhibuisse eius fragm. 385 (Dind.) ostendit), etiam in ἔσω eum sibi constitisse et ne in duplice quidem compositis ἐπεισ- tolerandum esse putamus.

Pro Τριταιέας vel Τριτοιέας, quod codd. III 101, 2 praebent, Τριτέας, ut apud Herodot. VIII 33 legitur; secundum Hesych. Τριτῆς γενεήν scribendum esse docet Meinek. ad Steph. Byz. s. v. Τρίτεια. Quod ibidem scribitur Χαλαῖον retinendum esse putamus, quanquam in titulis Locrensibus IA 321. 322 Χαλειεῖς vocantur et nomen oppidi ibidem Χάλειον sonat, cum Steph. Byz. non solum Χαλαῖον ex hoc Th. loco, sed etiam Χάλαιον ex Hecataeo afferat, quam appellationem assumpsit Plin. H. N. IV 3, 7. Cf. Μελίτεια Μελίταια, de quibus supra dictum est. Neque magis quod in catalogis tributorum ubique Σιγγιοι nominantur, ideo V 18, 6 Σιγγίονς pro Σιγγαῖον scribendum esse putamus. Nam non solum Steph. Byz. τὸ ἐθνικὸν Σιγγαῖος esse dicit, sed etiam in ipsis catalogis eandem varietatem Σκαψαῖοι Σκάψιοι ostendunt.

Falsam esse scripturam ἀνακωχή et διακωχή iam dudum observatum est. Huius enim generis substantiva eadem ratione finiuntur qua reduplicata eiusdem stirpis perfecta secunda. Ex ea



igitur analogia quam ostendunt ὄδωδα ὄδωδή, ὄπωπα ὄπωπή ad ὄκωχα, antiquum ἔχειν verbi perfectum, ὄκωχή convenit. Alia ratione hanc formam veram esse Herod. I 334, 23 probavit: ὁ δὲ λόγος ἐπὶ τρισυλλάβων οἷον ἀγωγή ἔδει εἶναι ἀγή καὶ γέγονεν ἀγωγή, ὅμοιως ἔδω ἔδη ὄδωδή, ὥξω ὄδη ὄδωδή, ὄπτω ὄπή ὄπωπή, ἔχω ὄχη ὄκωχή. Praeterea Th. ἀνοκωχή scripsisse diserto grammatici testimonio in Bekk. Anecd. p. 406 constat: ἀνοκωχὴν διὰ τοῦ ο τὴν ἀνοχὴν λέγουσι· πολὺ δὲ ἔστι παρὰ Θουκυδίδη. Pariter παροκωχῇ VI 85, 2 pro παροχῇ restituendum est teste Phot. παροκωχή· παροχὴ παρὰ Θουκυδίδη, ὡς ἡ ἀνοκωχή καὶ διοκωχή. Verae formae ex libris mss. prorsus evanuerunt. Eodem vitio Σπαρδάκου II 101, 5 legitur, ubi solus Laur. Σπαρδόκου, quod una littera amplificatum est in Σπαραδόκου IV 101, 5. Cum sine dubio idem nomen sit atque Σπάρτοκος CIA II 311. DS 101, quia δ et τ alternari posse similis ambiguitas nominum Ἀδραμύττειον Ἀτραμύττειον, Μηκυβερναῖοι Μηκυπερναῖοι (cf. ind. CIA I), Ἀμβρακιώτης Ἀμπρακιώτης (cf. Herod. II 474, 19) ostendit, Σπαρδόκου legendum esse videretur, nisi in nummis huius ipsius Odrysarum regis Σπαρδάκου legeretur (cf. Büll. de corresp. Hellén. III p. 409 sqq.) Rex Persarum ubique in parte librorum Ἀρτοξέρξης vocatur, quod nomen vitiatum esse non solum similiter composita Ἀρτάβαξος et Ἀρταφέρνης, sed etiam DS 76, 1. 18. 33 demonstrant. Pariter pro Μνονέας III 102, 2 Μνανέας substituendum est, cum ita constanter nomen in titulis Delphicis scriptum sit. Cf. DS 462 ibique adn. Contra nulla est causa cur IV 27, 3 optimorum librorum scriptura Θεογένους (cf. CIA I 447. Arist. Vesp. 1183. Av. 1127) aequabilitatis causa propter V 19, 2. 24, 1 in Θεαγένους mutetur, cum in antiquis titulis utraque forma inveniatur et num idem vir appelletur dubium sit.

Ut παιάν, quam solam formam agnoscit Herod. II 626, 13. 642, 10. 717, 4. 9. 15 (cf. παιᾶνας CIA II 628, 19), sic παιανίζειν παιανισμός scribendum est, in quibus vocabulis ubique in plurimis codd. ω pro α scriptum invenitur. Simili ω et α litterarum permutatione Μεθώνην IV 45, 2. V 18, 7 in omnibus libris legitur pro Μέθανα, quod suo tempore in plerisque libris Thucydideis suis atque veram formam esse testatur Strab. p. 374 μεταξὺ δὲ Τροιζῆνος καὶ Ἐπιδαύρου χωρίον ἦν ἐρυμνὸν Μέθανα καὶ χερρόνησος ὅμωνυμος τούτῳ παρὰ Θουκυδίδη δὲ ἐν τισιν ἀντιγράφοις Μεθώνη φέρεται ὅμωνυμως τῇ Μακεδονικῇ. Accedit quod Μέθανοι in eiusdem temporis titulo (IA 46) exstat et Μέθανα nomen in oppidi non solum a Paus. II 34, 3. 4 et Scyl. 47, sed etiam in



omnibus nummis (cf. Eckh. Doctr. num. II p. 290 sq.) scribitur. Scripturam iam suo tempore depravatam recepit Diod. XII 56, 7. Λευκωνίς, ut est apud Plut. Mor. 245 a et Polyaen. VIII 65, solus E. VIII 24, 3 habet; reliquorum auctoritate Λευκωνίς comprobatur. Cf. *Tριόπιον Τριόπλα* apud Steph. Byz.

Unum habemus i pro α scripti exemplum. Nam inscriptionum testimoniis (CIA I 42. 43. DS 81), quibus accedunt Aristot. Pol. V 10 p. 1311 b. Strab. p. 326, facilius credideris Lyncestarum regem Ἀρραβαῖον vocatum esse quam Ἀρριβαῖον, ut in codd. ubique legitur. Contra vir Lacedaemonius qui VIII 26, 1 in omnibus codd. Θηραμένης vocatur, reliquis locis in It. et Pal. et saepius in Aug. et deterioribus aliquot Θηριμένης audit, hoc nomine discerni videtur a Theramene illo Atheniensi. Cf. Θηρικλῆς Θηριμάχος.

VI 55, 1 in codd. longe plurimis et optimis Υπερεχίδον est; verum est Υπεροχίδον, quod Valla legit, derivatum ab Υπέροχος. Cf. Meinek. in Herm. III p. 372. Contra idem vitium in Κερκύρα Κερκυραῖος commissum et ubique contra librorum consensum Κορκύρα Κορκυραῖος rescribendum esse evinci nequit. Quanquam enim in nummis (cf. Eckh. Doctr. num. II p. 178) et in titulis Coreyraeis CD 90. DS 67. 68 et in Atticis CIA I 179. II 968. add. 49 b hanc formam nomen habet et in Arist. Av. 1463 nunc Κορκυραῖα τοιαντὶ πτερά legitur idque agnoscit ibi schol., tamen in CIA II 49 (375/4 a. Ch.) bis Κερκυραῖων scriptum est et Κερκύρα in Cumanudis Inser. sepulcr. Att. 14, quem titulum a. 373 a. Ch. Cumanudes tribuit. Nam haec exempla non tanto distant a. Th. aetate ut ad eam nihil pertineant, neque ex uno antiquiore titulo Attico CIA I 179 pro certo concludi potest apud Athenienses tum solum Κορκύρα in usu fuisse. Praeterea eadem est in hoc nomine vocalis variatio atque in Ἑρζομενός Ὀρχομενός (CIA II 21. 332. CS 488 A), Κρεμμυών Κρομμυών (Strab. p. 280. Herod. I 22, 22) Τρεφώνιος (CS 425) Τροφώνιος. Cum igitur talibus cautionem esse adhibendam appareat, non magis, quod Τροξήνιος est in CIA II 614. add. 834 c 57. 58 (cf. IA 70), ideo certum esse putamus eandem nominis formam Th. reddendam esse; nam pauciora sunt haec exempla et in titulo Ionico satis antiquo (350 a. Ch.) DS 77, 19 Τροιξήνιος est et in titulo Halicarnassensi Attice scripto saeculi primi vel alterius a. Ch. DS 372 Τροιξήνιος; praeterea in nummis *TPO* et *TPOIZHN* (Eckh. Doctr. num. II p. 291). Etiam minus probatur Σεκυώνιος, quod est in IA 70. add. 27 a. c. 107, Th. inferendum esse; nam Σικυώνιος est in quarti saeculi titulo Attico



DS 414 (cf. ibid. 419) et in Sicyonio antiquis litteris exarato (Bull. de corresp. Hell. V p. 351) Σικυωνία.

Licet recte completum sit *Διοσκύρεον* CIA II 66 (quoniam alibi haec forma in titulis Atticis non prior est tertio a. Chr. saeculo; cf. DS 418), tamen III 75, 3 *Διοσκόρων*, quod Laur. Chr. praebent, praferendum esse alteri scripturae *Διοσκούρων* poëtarum scaenicorum usus (Eur. Hel. 1644. 1667, Or. 465. El. 1239. Arist. Pac. 285. Eccl. 1069. Amphid. fragm. 9. Menand. fragm. 719) docet. Pariter *Διοσκούρειον* IV 110, 1 (*Διοσκούρειον* aut *Διοσκούριον* libri), de cuius reliqua formatione cf. *Ἀσκληπιός Διοσκούρειον* (CIA II 256 b), *Ἡφαιστος Διοσκούρειον*, *Ιανχεῖον*.

Pro ἀποθετ. quam formam veram esse et Herod. I 500, 25 docet et poëtarum scaenicorum usus (cf. Soph. Aut. 1206. Trach. 816. Eur. Heracl. 674. Iph. A. 983. Iph. T. 108. Arist. Av. 1184. Plut. 674) confirmat, apud Th. omnibus locis in parte codd. ἀποθετ. legitur. Contra πλώμος alteri scripturae πλώμος praferendum est. Nam hoc a πλέω derivatur perinde atque μόνιμος a μέρῳ et Soph. OC. 663 eum ω non πλώμος dixit sed πλώσιμος.

Similiter praferendum est παροικείᾳ (sic III 57, 2 Pal. cum aliquot deterioribus, II 16, 1 pauci deteriores) alteri scripturae παροικησίᾳ; nam et forma et vis eius vocabuli (valet enim πᾶσι τοῖς οἰκέταις) revocanda est ad οἰκέτης ut ὑπηρεσία ad ὑπηρέτης. Moeris quidem παροικησίᾳ Ἀττικοί, παροική Ἐλληνες, sed Poll. VI 163 παροικείᾳ ex Antiphonte affert. Quod autem pro ἔθνας, consuetus, II 44, 2 Herwerdenus ἔθνας reposuit (cf. Soph. El. 372. Eur. Cycl. 250. Andr. 818), consuetudo Th. ἔθνος est (I 123, 1. II 16, 1. 64, 2. IV 32, 1; cf. Soph. Phil. 894. Eur. Suppl. 340), ἔθνη mores (II 61, 4. VI 18, 7), et utramque formam agnoscit Ael. Dionysius apud Eustath. p. 1480, 12.

Th. αἰεί scripsisse Marcell. 52 testatur his verbis: *χοῦται τῇ ἀρχαίᾳ ἀτθίδι, ὅταν . . . τὴν δίφθογγον τὴν αἱ ἀντὶ τοῦ αἱ γράφῃ αἰεί λέγων*, quae scriptura constanter in Pal. et plurimis locis in Aug. (cf. Weidneri Parerg. p. 9) et M. servata est. Cum in antiquis inscriptionibus pariter αἰεί et αἰεὶ inveniatur (cf. Meisterh. § 9, 1), non est cur Th. non perinde atque Antiphonti αἰεί redatur. Nimus tamen est Herwerdenus, quod nullo testimonio adiutus ubique Ἀχαικός Παναθηναϊκός Κεοχναϊκός Θηραιδα similia duplii scribenda esse dicit. Nam in talibus unum elidi potuisse et Εὐρωϊδα ostendit Soph. Trach. 74. Eur. Ion. 60 (contra Ἀχαιδα Aesch. Sept. 28) et Φωκαιδες CIA I 199, Φωκαις II 649. 660, Φωκαικός II 651. 660. 708, Ἀχαικός II 723 (contra



Ἀχαιούσ II 716). Plurimorum et optimorum librorum auctoritate commendatur ἐλάσση VI 99, 3. VII 81 4, et praeter ἐλαῖαι CIA IV 279 a item in titulis Atticis est ἐλάσση (cf. EA. a. 1884 p. 163, 33 et Meisterh. l. l.). Cum eandem rationem κάω habeat et ἐκάετο II 49, 5 in optimis libris legatur, II 52, 4 καομένου et VIII 39, 3. 102, 3 κατακάουσι etiam contra libros rescribere licet. Incertum est καιομένων CIA I 9. Contra ubique pro Ἀθηνᾶ substituendum esse putamus Ἀθηναία. Quanquam enim Athenis in antiquo monumento privato reperta est forma Ἀθηνᾶς (CIA IV 373 w), quae inde ab a. 362 a. Ch. demum in titulis Atticis increbescit (cf. Meisterh. § 26, 5), et confirmatum (ibidem in add. ad n. 298) eandem in tabulis curatorum operum publicorum ante Euclidem archontem factis uno loco exstare, tam frequens ceteroqui in titulis antiquioris aetatis est forma Ἀθηναία, pro qua rarius eliso i. Ἀθηνᾶ (cf. Meisterh. § 9, 1), ut hanc tum sollemnem et communem, illam in vulgari usu subnatam indeque receptam esse appareat. Idem comprobant poëtarum scaenicorum usus, qui ubique aut Ἀθηναία aut Doricam formam Ἀθάνα habent, nisi quod uno loco apud Aristoph. (Pac. 218) in vulgari iurandi formula est νὴ τὴν Ἀθηνᾶν, ubi tamen Meinek. Ἀθηναίαν correxit. Ex reliqua autem Th. elocutione vulgarem dicendi consuetudinem aspernantis certum est eum vulgari forma non usum esse. De nomine Ἀγραῖοι (Ἀγραῶν vel Ἀγράῶν omnes codd. II 102, 2, Ἀγραούς nonnulli IV 77, 2) cf. Steph. Byz. IV 119, 2 Εὐπαῖδα (v. l. Εὐπαιδᾶ) et potiore librorum memoria et similitudine nominis Πολυπαῖδης apud. Theogn. 25. 57. 61. 79. 129 probatur.

Non puto Th. V 25, 1 δεκαετῆ, sed δεκέτη et V 26, 3 δεκέτει dixisse ut πεντετηρίδα III 104, 2, ubi nonnulli codd. πενταετηρίδα habent. Cf. Arist. Ach. 188. Soph. Phil. 715. Eur. El. 1153 et πεντετηρίς CIA II 756. 758. 816. 818, δεκώβολος 837. De accentu cf. Dind. Lex. Soph. s. v. Pro τριακονταέτεις V 14, 4 unus cod. Paris. τριακοντούτεις servavit idque recipiendum est. Cf. I 23, 4. 87, 6. 115, 1. II 2, 1. Arist. Ach. 194. Pariter V 32, 5 πεντηκοντατίδων legendum est, ut πεντεκοντούτεις V 27, 1 traditum est. Vocalis α aut elisa est aut contractio facta. Cf. Lob. ad Phryn. p. 406 sq. Lehrs Quaest. ep. p. 146.

In titulis Atticis pro ἑάν nusquam ᾧ invenitur. Eum tamen magis fuisse publicum scribendi quam unicum loquendi modum poëtarum scaenicorum usus docet, qui promiscue ἑάν et ᾧ habent. Item Th. Pro ἑάν ante Macedonicam aetatem in titulis Atticis uno loco est ᾧ idque cum μέν in ἀμμέν coalescens (CIA II 11,



6; cf. Meisterh. § 50, 6); poëtae scaenici eo abstinuerunt, nisi quod cum crasi κάνω dixerunt. Apud Th. tribus tantum locis hoc ἄν libris consentientibus exstat, quorum uno (IV 46, 3) nulla littera mutata ωστ' ξάν scribere licet, duobus reliquis (VI 13, 1. 18, 6) ει addendum est. Sed praeterea maxime memorabile est quod Th. in pactis a se exscriptis duobus tantum locis ξάν (IV 118, 4. V 47, 12), ην undetriches habet. Hoc tamen ita explicare licet ut Th., cum pacta suo sermoni convenientia redderet, suo more plurimis locis ην pro ξάν substituisse cogitemus, similiter atque Aristophanes in factis populiscitis Av. 1035. 1050 ξάν, sed Lys. 1015. 1017 ην metri causa dixit. Nam in reliquo quoque opere ille ξάν pro ην formae frequentia rarissime habet, cum illud decies (I 44, 1. III 47, 2. IV 23, 1. 46, 3. VI 13, 1. 18, 6. 96, 1. VII 68, 3. VIII 75, 3 bis), ην ducenties fere et quadragies scripserit. Sed accedit aliud etiam magis memorabile. Cum enim pro ἐπειδάν in titulis Atticis nusquam sit ἐπήν neque ipse Th. eo alibi utatur, in foederibus ab eo traditis ter (V 47, 6. VIII 58, 6. 7) ἐπήν, nusquam ἐπειδάν invenimus, idque eo magis notabile videtur esse quod dubium est num Th. aetate in Atticorum sermone omnino ἐπήν fuerit. Nam tragici eo prorsus abstinuerunt, cum in Soph. fragm. 671 (Dind.) pro ἐπάν non minus facile ὅταν vel ξάν quam ἐπήν reseribatur. Ex tribus autem Aristophanis locis duo in censum omnino non veniunt, cum in Av. 983 in oraculo et disticho ἐπήν positum sit et ibidem 1353 in facta prisca lege ut obsoletum ludibundae imitationis causa videatur adhiberi; in Lys. 1175 igitur dubitari potest an similem atque in Av. 1353 causam habeat. Licet igitur ην omnibus fere locis pro ξάν ab ipso Th. in pactis suppositum sit, tamen eum ἐπήν pro ἐπειδάν contra suam ipsius dicendi consuetudinem et communem Atticorum usum in ea intulisse prorsus incredibile est. Neque magis librariorum errori aut grammaticorum correcturae ἐπήν tribui potest. Cur enim ἐπειδάν in ἐπήν nusquam nisi in pactis et hic omnibus locis mutaverint prorsus non intellegitur. Res autem sic videtur explicari posse. Pactum inter Athenienses Argivos Mantinenses Eleos factum quod V 47 legitur cum praeter Athenas Argos Mantinea Olympiae collocatum sit (§ 11), hic quidem ex communi Ionica dialecto ἐπήν pro ἐπειδάν potest irrepssisse. Nam priusquam hoc foedus Olympiae proponeretur, id in sermonem Eleum conversum esse, quod contendit Kirchhoffius (Sitzungsber. 1883 p. 848), nobis quidem videtur parum probabile esse, quoniam Olympiae ipso feriarum tempore ut in



communi totius Graeciae sacro et in omnium Graecorum eo convenientium conspectu (cf. V 18, 10), qui facilis Atticam certe quam Eleam dialectum intellegebant, collocatum est. Aliter enim ad reliquarum urbium similitudinem Elide potius illud collocatum esset, in Eleorū capite. Quod si ita est, Olympiaci exempli apographum Th. in opus suum recepit, aut ab ipso confectum aut ab aliis ei missum. Praetera ἐπῆν duobus locis invenitur in ultimo eorum pactorum quae Lacedaemonii cum Tissapherne fecerunt. Sed in his patet Atticam dialectum quod facilis communiter intellegatur usurpatam esse (nam Tissapherni certe Attica dialectus propter vicinitatem urbium Atheniensibus sociorum magis nota erat quam Laconica), eademque de causa pro ἐπειδάν et fortasse etiam pro ἑάν, quae Atticae dialecto nimis propria essent, ex communi Ionica ἐπῆν et ἥν in iis ubique assumebantur. Nam iam tum Atticum sermonem Atheniensium imperio maritimo longius propagatum in communem usum abisse et κοινῆν illam ex eo oriri coepisse nobis persuasum est. Ut cunque est, ἥν et ἐπῆν in pactis a Th. exscriptis ad usum epigraphicum mutare non licet.

In σσ pro ττ excepto ἄττα et ρσ pro ρρ positis tantus est librorum consensus ut uno loco (VI 11, 6) in omnibus videatur θαρρεῖν legi itemque uno loco πράττειν (V 45, 3) κρείττων (III 45, 4) ἔξαλλάττειν (V 71, 1) ταράττεσθαι (VIII 71, 1), paucis pro reliquorum numero in parte eorum ττ aut ρρ inveniatur. Nam quod Class. in praef. ad l. VIII p. XXV dicit in Vat. constanter fere ττ scribi, hoc maxime dubium videtur esse, cum ex l. I et II scripturarum discrepantiis ex hoc cod. a Schoenio enotatis contrarium appareat. Th. igitur in hac re, ut tragicī, antiquiorem usum secutus est, cum comici communem suae aetatis dicendi consuetudinem sequerentur. Nam in titulis Atticis quinti saeculi exceptis Ionicis quibusdam urbium nominibus et Χερσονήσοι Χερσονησῖται CIA I 288 (a. Ch. 452) ubique σσ ρσ exstat (cf. Cauer p. 285 sq. Meisterh. § 21, 3. 4). Itaque dialectus Thucydidea postulat ut VI 55, 1 Μυρσίνης pro Μυρρίνης scribatur, quod insuper Aristophanis Βυρσίνη (Eph. 449) confirmat. Cf. Herod. II 484, 22 Βυρσίνης Μυρσίνης. ἥν δὲ αὔτη γυνὴ Ἰππέου τοῦ τυράννου. ἐν τοῖς Ἰππεῦσι. Neque minus pro δέρρεις II 75, 5 δέρσεις scribendum esse putamus. Cf. Λερσαῖοι II 101, 3. In pactis a se exscriptis Th. ττ secundum suam dicendi consuetudinem in σσ mutavit, nisi credis in foederibus Lacedaemoniorum cum Tissapherne iam ex communi Ionum et Doriensium usu σσ substitutum fuisse.



Th. ξύν dixisse testis est Marc. 52, in eoque codd, ita consentiunt ut sex tantum locis (*σύνδεσμοι* II 102, 4, *συλλεγεῖσαι* IV 25, 3, *συνεχῶς* IV 43, 5, *συστασιάσων* IV 86, 4, *συστραφέντες* V 10, 9, *συνόδων* V 17, 2) omnes alteram formam praebeant. In titulis Atticis usque ad a. 410 a. Ch. praeavalet ξύν (Meisterh. § 49, 11), poëtae scaenici utraque forma utuntur.

Phrynichi p. 14 praeceptum μέχρι δὲ καὶ ἄχρι λέγε et Th. libri confirmant, in quibus rarissime μέχρις est, et tituli Attici (cf. Meisterh. § 49, 3).

In μόλις, quod veteres Atticos prae tulisse satis certum est (cf. Dind. lex. Aeschyl. s. v. *μόγις*), ita consentiunt Th. libri ut in dimidia fere locorum parte μόλις in omnibus codd., nusquam in omnibus μόγις esse videatur.

Quod Meinek. ad Steph. Byz. s. v. *Ἀρκόνησος* docet in *Πελοπόννησος Προκόννησος* et si quae alia cum nominibus tertiae declinationis composita sint duplex *v* esse, simplex, si cum nomine secundae declinationis, id plane confirmant inscriptiones (cf. ind. CIA I s. v. *Πελοπονήσου Προκοννήσου Χερρονήσου Χερρονησίται*). Apud Th. in Cass. et deterioribus libris saepius *Πελοπονήσου Πελοπόνησος* et III 32, 1 in plerisque *Μνονήσῳ*.

Nonnulla vitia orta sunt ex litterarum geminatione falso aut illata aut omissa. Sic I 15, 1 *προσχόντες* pro *προσσχόντες* in omnibus codd. praeter It. et Pal., qui *προσέχοντες* habent, itemque III 32, 1 in paucis *προσχών* pro *προσσχών*; V 71, 1 in omnibus fere (Clar. Ven. *περιστέλλειν*, Pal. *πρὸς πέλλειν* factum ex *προσστέλλειν*) *προστέλλειν* pro *προσστέλλειν*, quod idem legendum apud Cass. Dion. XL 23, 3, qui hunc locum imitatus est; III 57, 1 in omnibus *προσκέψασθε* pro *προσκέψασθε*, cum praeterea, non antea considerare iubeantur. Pariter Mosqu. III 95, 1 falso *Παρνασόν* (cf. Herod. I 209, 20) et VIII 42, 4. 108, 2 in aliquot codd. *Ἀλικαρνασόν* *Ἀλικαρνασέας* (cf. ind. CIA I et Herod. I 209, 30). Eiusdem erroris sunt quae in aliquot codd. leguntur *Οἰνουσῶν* et *Σιδούσης* VIII 24, 2, *Μαράθουσαν* VIII 31, 3, *Τειχιοῦσαν* *Τειχιούσης* VIII 26, 3. 28, 1, *Δρύμουσαν* VIII 31, 3 et *τ* simul in *γ* mutato *Τεύγλουσαν* vel *Τέγλουσαν* (reliqui *Τευγλούσσαν*) pro *Τευτλοῦσσαν*. Nam haec proprie feminina sunt adiectivorum in *όεις* derivata ab *οἶνος*, *σίδη*, *μάραθον*, *τειχίον*, *δρυμός*, *τεύτλον*. Rem confirmant inscriptiones, in quibus est *Τειχιοῦσσα*, sed pro ἐθνικῷ constanter *Σιδούσιοι* (cf. ind. CIA I). Ex quibus simul accentus horum vocabulorum cognoscitur. Iam Herodiani tempore, qui I 269, 36 *Τεύτλουσα*, contra I 170, 14 *Δρυμοῦσσα* ex Th. affert,



librorum memoria variabat. Eiusdem rationis est VIII 101, 2 *Ἄργινούσσαις* (codd. *Ἄργενούσσαις* *Ἄργεννούσσαις* *Ἄργινούσαις*) derivatum ab ἀργινόεις (nequo enim exstat ἀργεννόεις, sed ἀργεννός). Lectorum gentis III 101, 2 idem nomen osso *Μεσσαπίους* (duo deteriores *Μεσσαπίους*) atque *Μεσσαπίους Έθνους* Italici VII 33, 4 (panci deteriores *Μεσσαπίου*) codd. evincit auctoritas; nam aliena est *Μέταπα πόλις Ἀκαρνανίας* apud Steph. Byz. *Σόλλιον*, non *Σόλιον* scribendum esse testatur Stoph. Byz. Solum *Θράσυλλος* (*Θράσυλος* nominatur in parte librorum) agnoscit Herod. I 159, 2. II 205, 12. 859, 24. 907, 19 pariterque inscriptiones. *Περαιβλαν* codd. IV 78, 5; sed qq habent CIA II 184. Aesch. Suppl. 253. *Ηλημύριον* ubique in parte librorum; sed cf. *πλημμυρὸς πλημμυρὸν* apud Hesych., ubi ordo verborum duplex μ confirmat; praeterea pariter atque *πλημμελῆς* cum *πλήν* videtur compositum esse. De *Πάμιλον* VI 4, 3 (v. l. *Πάμιλλον* *Πάμιλλον*) cf. Herod. I 162, 20. Verum est *Κραννώνιοι*, quod II 22, 3 in uno Lugd. est (reliqui *Κρανώνιοι*); nam quanquam CS 361 *Κρανοννίοις* legitur, tamen *Κραννούνιοι* CS 345, 49 (cf. *Γυρτούνιοι* ibid. 345, 79) et quod in numero est *Κραννοννίον* ibid. 364 ostendunt ibi lapicidae errore *ηνημ* ν transpositum esse. Gravius corruptum est nomen *Προναῖοι* sive *Προνναῖοι* II 30, 2, pro quo secundum CIA II 17 B 12 *Πρῶνοι* rescribendum est (AI ex altero *N* factum est, ut saepius AI ex *N*; cf. script. diser. I 25, 2. VII 5, 1); nam titulo magis confidimus quam Lycophr., apud quem in v. 791 *Πρωνίων* est, quam eandem nominis formam eius schol. Th. tribuit.

In aliis nominibus propriis in parte codd. litterae falso geminatae sunt. Verae enim sunt formae *Λάρισα Λαρισαῖοι* (CS 345, 20. 26. Herod. II 449, 20. 455, 14), *Ἄρνισα* (Herod. II 449, 20), *Ἐρεσος Ἐρέσιοι* (CIA II 17 B 21. add. 52 c 29). Siciliae caput *Συρακούσσαις* vocare antiquissimos codd., quanquam sibi non constant, Bekker ad III 86 tradit eamque nominis formam etiam Herod. II 2, 6 agnoscit; sed iam in marmore Pario *Συρακούσαις* *Συρακονσῶν* (CI 2374, 52. 71. 77). Urbs denominata est per terminationem σα (cf. *Ηι-σα*) a palude *Συρακώ*, et quanquam ου vocalis unde orta sit non satis novimus, eius ratio tamen eadem esse videtur atque in accus. *Συρακοῦν*, ubi item in obscuro est (cf. Mey. Gr. Gr. § 323. 331); *Ἵθνικόν*, in quo codd. variant, non *Συρακούσιος* est, quod Steph. Byz. assert et *Συρακούσσαι*, si verum esset, postulareret (cf. *Σιδοῦσσα Σιδούσιος*, *Ἀλιμοῦς Ἀλιμούσιος* quaeque sunt similia), sed *Συρακόσιος* (CIA II 25, 36. IA 95). De *Σκελλού* nomine VIII 89, 2 (*Σικέλι Vat.*, *Σικελλού* *Σικελίου*. *Σκελ-*



λίον reliqui) cf. CIA I 422 et Arist. Av. v. 126 ibi a Kirchh. emendatum, de φατέλους II 77, 3 (longe plurimi φατέλους) Eur. Cycl. 242. Marcell. 52. An II 80, 6 Θαρρύπου pro Θαρύπου legendum sit dubitari potest propter Θαρρύπου Plut. Pyrrh. 1 (cf. Θαρρύμαχος, Θαρρυπιόλεμος in ind. IA); sed Θαρύπου Paus. bis I 11, 1 (cf. Θαρυνίδας DS 181, Θάροπος CS 488 A).

Pro τ̄ falso δ̄ libri mss. habent in πελαγών II 49, 5; nam ita Th. scripsisse testatur Ael. Dionysius apud Eustath. p. 735, 57 et Phot. s. v.

Praeterea breviter dicendum est de aliquot nominum propriorum scriptura. II 17., 1 veram esse scripturam Laur. Πελαγικόν (reliqui utrobique Πελαγικόν) praeter παρονομασίαν in oraculo τὸ Πελαγικὸν ἀργὸν ἄμεινον consulto quaesitam ostendit DS 13, 55 sqq., quocum cf. Arist. Av. 832 et Hesych. s. v. Λευκίμη (v. l. Λευκίμην) et potior codd. auctoritas et Strab. p. 324, Σχόμβου θρονος nomen II 96, 3 sq. (v. l. Σχομίου) Aristot. Meteorol. I 13 p. 350 b tuetur. III 100, 2 unus Vat. recte Μενέδαιος (cf. μενέδαιος), reliqui Μενέδατος. IV 56, 1 Ἀφροδιτίαν (codd. Ἀφροδισίαν) Th. scripsisse Herod. I 287, 29 testatur. Terram in confiniis Argolidis et Laconiae sitam Κυρονοίαν appellatam esse (in parte codd. Κυρονορία vocatur) ex Herodot. VIII 73. Strab. p. 376. Paus. III 2, 2 sq. Steph. Byz. intellegitur; alienam est Κυρονορίδας in Callim. Hymn. III 94, quod referendum est ad Κυρόνον tribus Laconiae nomen. IV 75, 2 omnes codd. Χαλκηδόνα habent praeter D., in quo Καλχεδόνα. Sed nomen urbis in omnibus nummis Καλχηδών (cf. Eckh. Doctr. num. II p. 411) et incolae in CIA I Καλχηδόνοι aut Χαλκηδόνοι nominantur. Nam quod Kirchh. n. 228, 235 Χαλκηδόνοι legit, x littera utroque loco in supplemento est. Usitatus tamen Atticis Καλχηδών quam Χαλχηδών fuisse ex Arist. Eqn. 174 colligitur, ubi poëta similitudine nominum Καρχηδόνα et Καλχηδόνα ludit, qua de re cf. Mueller-Strueb. Aristoph. p. 9 sqq. \*Ibidem Bithyniae fluvium codd. Κάλικα vocant, nisi quod Κάλικα D., Κάλυκα Ar. Chr.; sed Κάλικα eum nominant Arrian. Peripl. 13, 3. Eustath. ad Dion. Perieg. v. 793, Κάλλητα Memnon in Photii Bibl. p. 228 b 26. Noli autem putare pariter Στάλος pro Σχάλος V 18, 5 scribendum esse, quod in tributorum tabulis incolae ubique Στάλοι (cf. ind. CIA I) vocentur. Nam illam nominis formam non solum tuetur Strab. p. 408 fragm. 23, cui sua debet Eustath. p. 265, 25, sed etiam in ipsis inscriptionibus Atticis eandem varietatem Μιλτώροι Μιλτάροι (cf. ind. CIA I) ostendunt. IV 103, 1 Βορμίσκον (codd. Βορμίσκον aut



*Ιρωμίσκον*) auctoribus Herod. I 153, 20 et Steph. Byz. scribendum est. De Cynuriae oppido quod V 41, 4 in aliis codd. Ἀνθήνην, in aliis Ἀθήνην esse traditur, cum illud Paus. II 38, 6 et Suid. s. v. Ἀθήνησιν, hoc Harpocr. et Plin. H. N. IV 5, 16 habeant, utrum Th. scripserit discerni nequit, praesertim cum Herod. I 330, 23. 331, 20 utramque formam agnoscere videatur. V 42, 1 optimi codd. Ἀνδρομέδης, reliqui Ἀνδρομένης. Prius nomen non exstat. Quod enim muliebre Andromedae nomen afferunt, huic masculinum Ἀνδρομέδων responderet (cf. Εὐρυμέδη Εὐρυμέδων), et praeter μέδων masculina in -μήδης exeunt. VI 4, 1 libri inter Τρώιλον et Πρώιλον variant; illud confirmat Polyaen. V 5, 2, cuius libri Τρώιλον habent. VIII 6, 5 ex codd. auctoritate falso scribi Μελαγχρίδαν Μελαγχρίδον pro Μελαγχρίδαν Μελαγχρίδον (Valla: cum Melancrida . . . pro Melanchrida) animadvertisit Meinek. in Herm. III p. 361. De nomine Στρομβιζίδης (v. l. Στρομμιζίδης) cf. Στρόμβιχος CIA I 236. 310. Th. VIII 24, 3 Βολίσκω (sic solus pr. Vat., reliqui Βολίσσω) scripsisse testatur Herod. I 212, 22. II 483, 1. De nomine Σπιρωνίδης (sine Σ Vat. VIII 25, 1. 54, 3) cf. Pseudo-Dem. LVIII 17. Λαισπονδίαν optimi libri VIII 86, 9, sed Λαισποδίου omnes VI 105, 2, quocum cf. Arist. Av. 1569. Antiph. fragm. VIII (ed. Blass.). Pro Εὐάλας VIII 22, 1 pr. Vat. Εὐάδας; sed -λας = -λαος et εὐά = εὐη in εὐηγενής Hom. Il. XI 427.

Pro ἔνεκα optimae membranae I 68, 2 ἔνεκεν et VI 56, 3 οὔνεκα, solus Vat. VIII 69, 1 εἴνεκα. Vere videtur dicere Thom. Mag. p. 151, 5 Θουνδίδης ἀεὶ ἔνεκα, quanquam eius auctoritas per se non multum valet, cum libro usus sit nostrorum optimis neque antiquiore neque meliore. Nam in titulis Atticis ante Macedonicam aetatem ἔνεκεν non invenitur et οὔνεκα pro ὅτι est (cf. Meisterh. § 49, 8); εἴνεκα autem uno loco unius cod. auctoritate non satis videtur defendi.

Iam ad vocabulorum declinationes transeamus. Ἐφύρη I 46, 4 cum iam Herod. I 340, 14 legerit in Ἐφύρα mutare dubitamus, praesertim cum Th. nomen ex Hom. Od. I 259. II 328, ubi eadem urbs significari videretur, retinere potuerit. Nec minus Φύσκαι II 99, 5 tuemur, quanquam a Ptolem. III 13, 36 Φύσκαι hoc Macedoniae oppidum vocatur (Φύσκος Steph. Byz. fortasse per errorem). Cf. Κεγχρεία Κεγχρεια. Contra Πολίχνην VIII 14, 3. 23, 6, quod solus Reg. servavit (reliqui Πολίχναν), Th. reddendum esse putamus, cum nomen appellativum Atticis sit πολίχνη et proprium Ionici oppidi nomen (Πολίχνα secundum Herod. I 327, 4



Aeolicum vocabatur, quod in Troade situm erat) item in CIA I (cf. ind.) in  $\eta$  exeat. Praeter  $\betaορέαν$  servandum esse  $\betaορρᾶν$  VI 2, 5  $\betaορρᾶθεν$  CIA II 600. 777. 781 demonstrant. Cf. *Βορραῖαις πύλαις* Aesch. Sept. 527 (coniectura parum certa  $\betaορρᾶς$  pro  $\betaορέας$  scribitur in Eur. Cycl. 329). Cum codd. varient  $\deltaίψης$   $\deltaίψη$  et  $\deltaίψους$   $\deltaίψει$ , illas formas ut antiquiores (cf. Aesch. Pers. 484. 491. Arist. Equ. 534) praeferendas esse putamus. In genetivis nominum priorum Doricorum in  $\alphaς$  exeuntium Th. nonnunquam terminationem Dōricam  $\alpha$  habet, sed minime in omnibus, velut nunquam in *Πανσανίας*, *Βρασίδας* (*Βρασίδα* in deterioribus tantum libris bis terve), *Λεωνίδας*, aut omnibus locis (*Κλεαρίδα* *Κλεαρίδου* V 10, 1. 12). Similis discrepantia inter *Ξενοκλείδης* et *Ξενοκλείδαν* I 46, 2. III 114, 4. Eiusdem genetivi terminatio Ionica εω in *Τήρεω* et *Πύθεω* II 29, 1. 95, 1, quocum cf. ex tertia declinatione *Ἀφύτιος* I 64, 2, *Γοάξιος* IV 107, 3, *Κνίδιος* V 51, 2. Quam Athenienses etiam posteriore tempore in talibus sibi non constiterint documento est CIA II 966, 26. 47, ubi *Λεωνίδου* et *Μνασιάδα* (contra *Μνασιάδου* ibid. 967, 46) est. Talia igitur ad eandem normam redigere non licet et sequenda est optimorum librorum auctoritas. Ut igitur Th. nomina Dorica Attice terminavit, ita ne contrarium quidem negandum esse videtur eum in *Ιθωμήτα* I 103, 1 facere potuisse, praesertim cum prorsus eadem ratio sit nominum *Ἡγησιππίδας* V 52, 1 et *Κυδωνιήτας* CIA I 403, quod posterius lapidae errori tribuendum esse Kirchhoffio non credimus, cum in antiquis titulis Atticis terminatio  $\iota\acute{\eta}\tauης$  etiam in nominibus non Ionicis, velut *Κεδριῆται* (cf. ind. CIA I), inveniatur.

V 66, 3  $\xiνωμοτάρχοις$  pro  $\xiνωμοτάρχαις$  scribendum est, cum munerum militarium nomina omnia in - $\alphaρχος$  exeant (cf. Meisterh. § 27, 9). Sed fallitur Herwerdenus cum eodem modo pro  $\betaοιωτάρχαις$  et  $\betaοιωτάρχαι$  V 37. 38  $\betaοιωτάρχοις$  et  $\betaοιωτάρχοι$  corrigere vult. Cf.  $\muεράρχαι$  CIA II 580,  $\iotaαράρχη = \iotaεράρχαι$  CS I 497. 498. 499, boeotarchae Liv. XLII 43, 7, boeotarchen XXXIII 27, 8,  $\betaοιωτάρχην$  CI 1738. Pro *Ὀπικούς* VI 2, 4 boni codd. *Ὀπικας* vel *Ὀπηκας* habent. Sed quanquam similis est declinationis variatio in *Ἡδῶνες* *Ἡδωνοί*, tamen ab Aristot. Strab. Dionys. Hal. Paus. Steph. Byz. tam constanter *Ὀπικοί* nominantur ut eandem nominis formam Th. tribuere cogamur. Vocabuli  $vιός$  formae  $\xiτερόντιοι$  derivantur ab  $vιύς$  (cf. IA 54. 105. 475. CIA I 398). Quare retinendus accus.  $vιεῖς$  IV 30, 2 ( $\tauοὺς vιεῖς$  CIA II add. 1 b). Neque sollicitandus genet.  $vιοῦ$  V 16, 2, quanquam reliquis locis (I 13, 6. 20, 2. 137, 1. II 100, 3. III 26, 2) Th.  $vιέος$  habet;



nam idem invenitur in titulo votivo ineuntis quarti saeculi (*Ἀθήνατον* V p. 161) a Foucarto (Rev. de phil. I p. 35) allato.

Nomina propria in *ιεύς* desinentia cum in titulis ante Euclidem archontem factis ubique in genetivis et accusativis contractas formas habeant (cf. Dittenb. in Herm. XVI p. 185), easdem Th., cuius libri variant, reddendas esse putamus, praesertim cum idem sit poëtarum scaenicorum usus (cf. Aesch. Pers. 486. 817. Soph. Phil. 4. Arist. Equ. 815. Av. 1040. Lys. 1169. Ran. 694). Ubi autem terminationem *εύς* alia atque *ι* vocalis praecedat, optimorum sequenda est librorum auctoritas. Accusativi nominum proprietatum tertiae declinationis in *ης* in titulis ante Euclidem factis, si *(Τισ)σαφρόένην* CIA 64 b 14, quod nomen peregrinum est, excipimus, constanter in *η* exeunt (cf. Meisterh. § 32, 6) et ἐτεοκλέτως in *ην* formatorum praeter titulum memoratum ante Ol. 100 exempla non inveniuntur; apud antiquos autem poëtas scaenicos, Aeschylum dico, Sophoclem, Euripidem, Aristophanem, formae in *η* salvo metro ubique restitui et possunt et debent. Cf. Weckl. Cur. epigr. p. 24. Hae igitur item Th., cuius libri multis locis variant, sunt reddendae. Nominativos nominum proprietatum in *-κλῆς*, quorum in titulis aetatis Thucydideae soluta et contractae formae exstant, sed ita ut illae multo sint rariores (cf. Dittenb. in Herm. XVII p. 35), in sermone vulgari potissimum solutos fuisse docet Weckl. l. l.; nam Aristophanem, qui habeat ubique *Μεγακλέης*, *Περικλέης*, *Σοφοκλέης*, *Ιεροκλέης*, *Ξενοκλέης*, *Φιλοκλέης*, contra *Ἡρακλῆς* (Ran. 282. 464. 581. Lys. 928. Vesp. 60. Ach. 860) et *Θεμιστοκλῆς* (Equ. 884) sermonem vulgarem secutum esse nec formam contractam nisi metri causa adhibuisse videri. Quod ad tragicos attinet, solutam formam *Ἐτεοκλέης* habet Aesch. Sept. 6, contra *Ἐτεοκλῆς* Soph. OC. 1295 et ubique *Ἡρακλῆς*, *Ἐτεοκλῆς* Eur. Phoen. 433. 1407. 1438, sed *Ἐτεοκλέης* 1372. 1390. 1587, *Ἡρακλῆς* Herc. 12. 581. 1250. 1414, sed *Ἡρακλέης* Heracl. 210. Herc. 925, unde apparere videtur hos vicissim soluta forma nisi metri causa non usos esse. Utut se habet, non est cur Thucydidis libris diffidamus, qui contractam formam exhibent. Substantivi *ἄστυ* genetivum esse *ἄστεως*, non *ἄστεος* et inscriptionum exempla (Meisterh. § 30, 1) et poëtarum scaenicorum usus ostendit. Cf. Dind. lex. Soph. s. v. et Usener in Annal. phil. a. 1873 p. 159. Dativum *ἥρως* vocabuli esse *ἥρω* et Moeris indicat (*ἥρω χωρὶς τοῦ ι Ἀττικοῦ*) et Arist. Av. 1490. Plat. com. fragm. 174, 18 (ed. Kock.) confirmant; accus. plur. esse *ἥρως* Phryn. p. 158 dicit idque habet Aesch. Ag. 516. Apud Th. igitur emendanda sunt *ἥρωας* IV



87, 2 et ἦρωϊ V 11, 1. De accus. Ἀπόλλω, pro quo Herwerdenus II 102, 5 Ἀπόλλωνα mavult, cf. Arist. Av. 586. Aesch. Suppl. 214. CIA I 9, 15. II add. 49 b 24; de Πνύκα, quod solus Vat. VIII 97, 1 pro Πύκνα habet, Weckl. l. l. p. 25 sq. Meisterh. § 34, 7. Solutam formam Σολόεντα VI 2, 6, cum nomen sit peregrinum, non minus tolerandam esse putamus quam Μαλόεντος Μαλόεντα III 3, 3. 6.

Rectissime Herwerdenus: ἐπηλίτην (I 9, 2) non magis feren-dum puto quam si quis Graece scribens usurparet νεηλίτης aut συνηλίτης pro νέηλυς, σύνηλυς<sup>2</sup>. Poëtae certe illam formam non habent, sed ἐπηλυς. Neque tamen ἐπήλυδα rescribendum est, sed ἐπηλυν, quod idem Dionysio Hal. Ant. III 72 pro ἐπήλυτον, quod pariter novicium est (cf. Valcken. ad Ammon. p. 32), Kiesslingius reddidit. Ex Photii testimonio εὐπραξίαν οἱ παλαιοὶ πομικοὶ διὰ τοῦ ξ, Θ. δὲ διὰ τοῦ γ pro certo concludi non posse puto ubique Th. dixisse εὐπραγίαν et alteram formam ei prorsus abiudicandam esse, praesertim cum ne illud quidem satis accurate dictum sit εὐπραξίαν comicorum esse (cf. Aesch. Sept. 224. Soph. OC. 1554. Eur. Troad. 640).

Falso VI 64, 2 εὐνόων plurimi codd. Cf. ἐσπλων VII 41, 2. Atticos non aliter dixisse quam παλαιτερος παλαιτατος, σχολαιτερος σχολαιτατος ex poëtarum usu non satis liquido constat. Nam tragicorum versui longiores formae male aptae erant, comicorum metro longiores et breviores iisdem sedibus pariter conveniebant, ita ut apud hos metri necessitas unde verae formae cognosci possint nulla sit. Non igitur emendandus est Alexidis versus οἶνον δὲ τὸν παλαιότατον σπουδάζομεν (fragm. 278 apud Kock.) nec parvi facendum Photii testimonium, quod ad Aelium Dionysium iure referre Herwerdenus videtur: παλαιότερον καὶ ἄνευ τοῦ ο λέγουσιν.

Fuerunt qui contendenter Atticis solas contractas comparativorum in *ων* formas in usu fuisse. Sed non solum poëtae scaenici utrisque formis utuntur (cf. Aesch. Prom. 922. 1035. Pers. 440. 813. Suppl. 203. Ag. 760. Choëph. 905. Soph. Ai. 456. OR. 1374. Ant. 313. 680. Eur. Cycl. 10. Alc. 433. Suppl. 196. Troad. 1059. El. 405. Arist. Ach. 1078. Equ. 811. 861. Nub. 113. 114. 432. Vesp. 806. Plut. 559), sed etiam in inscriptionibus solutaæ formæ inveniuntur, idque non solum μετόνοντα in hexametro CIA II 555 et πλείονα πλείονας in titulo Sullanae aetatis (CIA II 628, 11. 32), sed etiam in antiquo populiscito (418 a. Ch.) EA 1884 p. 163, 1 ὀλείζοντα πλέοντα. Etiam in foedere a Th. V 47 exscripto § 6 fuisse πλείονα litterarum numero ad complendas eius reliquias (CIA IV 46 b) necessario efficitur.



De formis comparativi *πλεῖων* haec Guil. Dindorfius in Steph. Thes. adnotavit: 'Attici etsi saepissime *πλέον* pro *πλεῖον* dixerunt nec raro vocalem simplicem in casibus admiserunt trisyllabis *πλέονος πλέονι*, in nominativo tamen *πλεῖων* et formis contractis *πλεῖω* et *πλεῖονς* diphthongum praetulerunt; quod recte observanti Reisigio in Coni. in Arist. p. 43 non debebat repugnare Elmsleius ad Eur. Med. 88. Nam quod tragicis interdum *πλέον πλέω πλέονς* dixisse vulgo creduntur partim criticorum nititur erroribus, velut Stanleii, qui *πλέων* male intulit versui corrupto Aesch. Ag. 1299, partim vitiosa scriptura librorum, ut ibidem 868. 1068, ubi *πλέω* errore sollemini, de quo paullo post dicetur, pro *πλέον* scriptum. Non maioris est momenti Soph. Trach. 944 ἥ καὶ πλείους τις ἡμέρας λογίζεται, ubi quidam interpolati *πλέονς*. Sed vēra quam ego restituī scriptura est ἥ καὶ τι πλείους ἡμέρας λογίζεται'. Haec sufficiunt ad reiciendas formas *πλέων πλέω πλέονς*, quae ne in inscriptionibus quidem inveniuntur. At dubitatum quoque est num *πλεῖον* Attici dixissent. Sed ne Aristophani quidem abiudicandum est. Nam in Nub. quidem 1295 nulla metri necessitate legitur, sed metro defenditur in Eccl. 1132 ὅστις πολιτῶν πλεῖον ἥ τρισμυρίων, quēni versum ne ideo corruptum esse opineris quod secundum Moor. *πλεῖν ἥ μύριοι Ἀττικοί, πλέονες ἥ μύριοι Ἑλληνες* et Cobeti praeceptum Atticorum consuetudine *πλεῖν ἥ* postuletur, cf. *πλέον ἥ* CIA II 352, 12, quo simul efficitur ne apud Th. quidom III 113, 3 *πλέον ἥ* in *πλεῖν ἥ* mutandum esse. Metro item illud flagitatur in Philem. fragm. 106, 5 Kock. Menand. fragm. 519, 6. 531, 5. 563, 3 Mein. Apud tragicos *πλεῖον* saepius traditum est et quattuor inveniuntur quantum scio loci (non numero *πλεῖον* quod in cantico legitur Aesch. Pers. 1032) ubi metrum ei praesidio sit: Aesch. Pers. 791 μηδ' εἰ στράτευμα πλεῖον ἥ τὸ Μηδικόν, Eur. Hipp. 641 εἴη φρονοῦσα πλεῖον ἥ γυναικα χρή, Troad. 644 λαχοῦσα πλεῖον τῆς τύχης ἡμάρτανον, Phoen. 603 ΠΟ. τοῦ μέρους ἔχων τὸ πλεῖον; ET. φῆμ'. ἀπαλλάσσον δὲ γῆς, quorum versuum tres priores coniecturis temptare Dindorfius non debebat. Cum enim in versu Aeschyleo praeter *πλεῖον* nihil sit in quo offendas, ille μηδ' εἰ στράτευμ' εἴη πλέον τὸ Μηδικόν, versum doctis auribus minime gratum, vel etiam violentius πληθύοι pro *πλεῖον* ἥ proposuit. In primo Euripidis versu *πλεῖον'* vel μεῖζον ex similitudine versus Heracl. 979 καὶ τὴν φρονοῦσαν μεῖζον ἥ γυναικα χρή legere voluit. Sed longe aliud est πλέον φρονεῖν, prudentiorem esse, quam μεῖζον φρονεῖν, insolentius se efferre. Cf. Soph. Phil. 818. Plat. Hipp. min. 371 a et Plat. Theact. 149 d. Priore sententia nusquam



dicitur *πλείω φρονεῖν*. Apparet autem quam apte altero loco μεῖζον φρονεῖν dictum sit, altero πλέον φρονεῖν ex versibus qui praecesserunt: Heracl. 978 πρὸς ταῦτα τὴν θρασεῖαν ὅστις ἀνθέλῃ — καὶ τὴν φρονοῦσαν μεῖζον ἢ γυναικα χρὴ — λέξει, Hipp. 640 σοφὴν δὲ μισῶ· μὴ γὰρ ἐν δόμοις — εἴη φρονοῦσα πλεῖον ἢ γυναικα χρῆ. In quarto loco ipse Dindorfius *πλεῖον* intactum reliquit. Cum igitur negari nequeat hanc formam tragicis in usu fuisse, frustra tertio loco *πλεῖστον* pro ea substituit. Quod ad inscriptiones attinet, in duobus titulis CIA II 594, 16. 476, 65 *πλεῖον* inventum est, iisque alterius et primi a. Ch. saeculi; ex eo tamén quod in tribus antiquioribus *πλέον* est (CIA II 167, 55. 352, 12. 573, 17) concludi nequit antea *πλεῖον* in inscriptionibus non usurpatum esse; nam pauciora haec utriusque formae sunt exempla. Attamen discriminum aliquod inter tragicorum et cōmico-rum usum videtur intercedere. Apud Aristophanem enim in omnibus formis praeter *πλέον* diphthongus comparet; tragicī ε in duabus trisyllabis *πλέονος* (Soph. OC. 1211. Phil. 1100; contra *πλείονος* Eur. fragm. 288, 12 Dind.) et *πλέονι* (Eur. Phoen. 539) admittunt, in reliquis, *πλείονες* (Eur. Alc. 720) *πλείονα* (Soph. Phil. 576. OC. 36. Eur. Suppl. 451. Iph. T. 1234) *πλείονας* (Soph. Ant. 313) *πλειόνων* (Soph. OR. 247. Eur. Suppl. 239) *πλείοσι* (Soph. El. 1353. 1371. Eur. Iph. T. 279), sola ει vocali utuntur. Sed licet ε in his formis tragicī evitaverint, tamen apud Atticos eas in usu fuisse negari nequit. Nam earum exempla in titulis existant eaque antiquiora quam cum ει diphthongo. Cf. *πλέονα* EA l. l. (a. Ch. 418), *πλείονων* CIA II 167, 48 et *πλείοσιν* ibid. 578, 17 (posterioris partis quarti saeculi); contra *πλειόνων* CIA II 625, 9. 11. 13 (alterius a. Ch. saeculi), *πλείοσιν πλείονα πλείονας* ibid. II 467, 88. 628, 11. 32 (primi a. Ch. saeculi). Neque tamen inde temporis discriminū in harum formarum usu epigraphico statuere licet. Nam quarti saeculi videtur esse *πλέονος* CIA II 564, 11. 1113 (eiusdem fere temporis *πλέονος* ibid. 811 c 113); et *πλείονα* iam in foedere a Th. V 47 exscripto fuisse supra monuimus. Quae cum ita sint, hoc iam constare videtur, apud Atticos in bisyllabis formis cum longa ultima ει fuisse, reliquis ε et ει promiscue adhibita esse. Apud Th. autem *πλέονς* et *πλέων* formarum exempla non existant; pro *πλέω* II 120, 5 Laur. *πλείω* praebet; praeterea *πλέω* quattuor locis (I 81, 5. 104, 1. II 89, 5. IV 19, 2) legitur, qui emendandi sunt, *πλείω* contra frequentissimum est. Reliqua cum norma modo proposita convenientiunt.

Nulla causa Herwerdenus ἐπιθαλασσίδιοι (IV 76, 3) et παρα-



θαλασσίδιον (VI 62, 3) formis ἐπιθαλάσσιοι et παραθαλάσσιον substituere vult. Nam eadem varietas in Plat. Legg. 704 b et d.

Forma dualis δυεῖν, quam aliquot locis libri deteriores habent, in titulis Atticis ab altera demum saeculi quarti parte invenitur (cf. Meisterh. § 38, 1). Vera forma δυοῖν usque ad idem tempus ubique cum duali invenitur, contra δύο interdum etiam cum plurali. Cf. Weckl. Cur. epigr. p. 16. Riemann. Revue de phil. IX p. 92 sq. Quaro VIII 79, 1 ναινὶ δύο (sic Cl. Ven., reliqui δυοῖν) καὶ ὄγδοήκοντα scribendum est. In Atticis titulis tredecim ubique est τρεῖς καὶ δέκα, non τρισκαλδεκα (Meisterh. § 38, 7). Itaque III 69, 1. VIII 88 τρεῖς καὶ δέκα (v. l. τρισκαλδεκα) et III 79, 2 τρεῖς δὲ καὶ δέκα (τρεῖς καὶ δέκα Vat. H., reliquorum longo plurimi τρισκαλδεκα δὲ) praferendum (cf. VI 74, 2) et VIII 22, 1 τρισὶ καὶ δέκα (δέκα καὶ τρισὶ E., reliqui τρισκαλδεκα) rescribendum est.

Jam ad verborum formas transeamus ac primum quidem dicamus de augmento. Raro omissum est in plusquamperfectis augmentum syllabicum. III 23, 1 Pal. ἀνεβεβήκεσαν habet, IV 24, 2 ἐσεβεβλήκεσαν boni libri, IV 34, 3 ἐναπεκέκλαστο D. idemque V 10, 8 προνκεχωρήκει, IV 69, 3 ἀπετετέλεστο optimi, VII 33, 6 ὑπελέλειπτο plerique et VII 44, 3 boni libri ἀνεβεβήκει, VIII 66, 2 omnes praeter Vat. ἐτεθνήκει et VIII 92, 3 Mosqu. κατεδεδραμήκεσαν; VII 71, 7 autem τ' ἐπεπόνθεσαν legendum esse patet. Reliquia fere sunt IV 90, 2 καταπεπτώκει, V 14, 3 γεγένητο, V 35, 3 ἀποδεδώκεσαν, VII 4, 2 ἀναβεβήκεσαν (pars codd. ἀναβεβήκασιν), VIII 15, 1 ἀνακεχωρήκεσαν. Apparet in tanto librorum consensu augmentum ubique restituendum esse, idemque titulis antiquioribus pleno confirmatur (cf. Meisterh. § 40, 1). Etiam in εἰστήκειν libri Thucydidei ita consentiunt ut duobus tantum locis (IV 33, 1 καθεστήκεσαν, VII 29, 5 καθεστήκει) in omnibus augmentatione careat. Hoc igitur ubique restituendum est. Cf. Herod. II 269, 12. Schanzii Proll. ad Plat. VII p. XIII. Nusquam tamen invenitur in formis syncopatis. Verbi ἔργεσθαι plusquamperfectum constanter in libris augmentatione caret, idem in eodem verbi ὀλλύναι tempore boni libri ubique (ἀπωλώλει IV 133, 1. VII 27, 5, ἀπωλώλεκεσαν VIII 96, 3) servarunt. Hoc convenit ad praecoptum Herod. II 268, 20. II 21, 2 ἔοράκεσαν pro ἔωράκεσαν legendum esse ostendunt versus Arist. Nub. 767. Av. 1573. Thesm. 33. 35. Plut. 98. 1045 multique in fragm. comicorum. Contra ἔώρας Arist. Plut. 713. Cf. ἔάλωνα (Aesch. Ag. 30) et ἔάλων (Arist. Vesp. 355). Verba ab εὐ incipientia ην augmentatione habuisse antiquiores tituli inde ab Euclide archonto facti ostendunt (cf.



Meisterh. § 40, 5). In libris Thucydideis reicta sunt I 58, 1 ηῦροντο (Vat. et alii), II 18, 3 ηύτρεπτζοντο (omnes fere codd.), IV 79, 2 ηύτύχει (Mosqu. et duo Paris.), V 42, 1 ηῦρον (Vat. Aug. Pal. M. Cass.), VIII 24, 4 ηύδαιμόνησαν (Vat). Ubique restituendum est. Simile est ἥκαζον, quod II 54, 5 solus Laur., VI 92, 5 Vat. Aug. Pal. cum tribus deterioribus habent (reliqui εἴκαζον), de quo cf. Herod. II 326, 5. 486, 12. Moer. ἥκασα Ἀττικοί, εἴκασα Ἑλληνες. Neque minus in titulis Atticis verbum ἀναλίσκειν ubique augmentum habet (cf. Meisterh. § 40, 6). Apud Th. verae formae servatae sunt hae: II 13, 3 ἀπανηλώθη (omnes codd.), III 81, 3 ἀνηλοῦτο (omnes codd. praeter ἀνηροῦντο in Mosqu.), VII 48, 5 ἀνηλωκέναι (ex deterioribus aliquot, ut videtur, vulg.). Insignem constantiam codd. in augmento verborum δύνασθαι, βούλεσθαι, μέλλειν ostendunt. Nam ἡ augmenti in verbo μέλλειν nullum, quantum scio, exemplum a Bekkero ex librorum auctoritate relatum est, verbi βούλομαι unum ἡβούλοντο VI 79, 3, ubi tamen Ven. ἡβούλοντο servavit, in δύνασθαι paucissimis pro reliquorum numero locis ab eo retentum est. Sed I 3, 2 Ven. ἡδύνατο habet eandemque formam I 4 idem et Clar., IV 129, 4 idem Ven. ἡδυνήθη; uno quod sciām loco IV 33, 2 libri in ἡδυνήθησαν conspirant. In titulis Atticis antiquissima huius augmenti exempla tertii a. Ch. saeculi sunt: ἡβούλοντο CIA II 314, 25, ἡδύνατο ibid. 329, 12; μέλλειν verbi nullum inventum est (ἐμελλον CIA II 834 c 28). Raro in his poëtae scaenici neglecto communi Atticorum usu ἡ augmentum admittunt. Exempla habes Aesch. Prom. 206. Arist. Ran. 1038. Eccl. 597. Sophoclis et Euripidis quod quidem metri necessitas tueatur nullum novi. Propter constantem augmenti usum quem in ceteris cernimus ubique etiam ἡφέι videtur scribendum esse. Nam II 49, 2 id omnes praebent libri, IV 122, 3 E., VIII 41, 2 restituendum est. Contra ἀφίεσαν ubique augmento caret. Cf. Eur. Heracl. 821. II 62, 3 προεκτημένα scribendum est (προεκτημένα codd. plerique), non προεκτημένα (sic Gr. et Zonar.), cum alibi Th. saepissime πέκτημαι, nunquam ἔκτημαι dixerit. Cf. Schanzii Proll. ad Plat. XII p. XVIII. Manifesto vitio omissum est augmentum in ἑλληνίσθησαν II 68, 5. Cf. Lob. ad Phryn. p. 380. III 67, 5 solus veram formam παρενόμησαν servavit Gr., reliqui παρηνόμησαν. Nam exempla perfecti et plus quamperfecti apud Atticos quidem scriptores semper reduplicati (Xen. Hist. Gr. II 1, 31 παρενενομήκεσαν, 3, 36 παρανενομήκεναι, Dem. XXI 9 παρενενομήκεσαν, XLIII 71 παρανενομήκασιν, XLIV 31. LIV 2 παρανενομῆσθαι) documento sunt hos ipsam linguae



rationem secutos esse. Longe diversum est παρημέλουν I 25, 3 ex παρά et ἀμελέω ortum. Itaque eadem augmenti forma hic et Lys. III 17 inferenda est quam nunc habes apud Herodot. VII 238. Dem. XVII 22. Aesch. III 77. Quam mature verbi originem ignorare coepereint ostendit παρημόμητον DS 76, 39, qui titulus in Caria factus est a. 355/4 a. Ch. Attamen Atticis scriptoribus hanc qualiscunq; est ignorantiam vix recto imputaveris. Etsi Th. non ἐκάθισα dixit, sed καθίσα VI 66, 1. VII 82, 3 (cf. Eur. Phoen. 1188. Arist. Ran. 911; in Menand. fragm. 112, 5 καθίσαν pro ἐκάθισαν rescribere licet), tamen ἐκάθητο V 6, 5, ἐκάθητο III 97, 2. IV 44, 4 (cf. Arist. Av. 510); quapropter etiam V 58, 4 ἐκάθητο alteri scripturae καθῆτο vel κάθητο (cf. Arist. Eccl. 302) videtur praeferendum esse. III 58, 5 Atticam dialectum εἰσαμένων postularo (εἰσαμένων Pal., reliqui έσσαμένων, έσαμένων vel ex interpr. Ιδρυσαμένων) Eur. Hipp. 31. Iph. T. 946 ostendunt. Tollendum est augmentum in participio προειδόμενος III 64, 1 tradito; nam quae eius exempla afforebantur (Aesch. I 165. Dem. XIX 233. Dionys. Hal. Ant. I 65. VII 42. Luci. Tox. 39. Cass. Dion. LII 10, 3. LIX 23, 5), ea correxerunt novissimi editores.

Proximum est ut dicatur de verborum terminationibus. Secundum pers. sing. indicativi praesentis et futuri medii vel passivi apud veteres Atticos in ει exisse grammatici (Herod. II 831, 34. schol. Arist. Thosm. 141. Ran. 469. Eustath. p. 641, 6. 1723, 18. Bekk. Aneid. p. 1290) uno consensu affirmant, nisi quod Choeroboscus (Bekk. Aneid. I. 1.) tragicos excipit, qui communem formam adhibuerint. Licet autem huius auctoritate confidendum sit (at cf. Bind. praef. ad Poët. scon. p. IX) et tragicci antiquorem usum retinuerint (primitivum enim erat γ pro ει), tamen de reliquis Atticis scriptoribus non est dubitandum quin eam formam in ει terminaverint, quod de Aristophane diserte testatur Eustath. p. 1723, 18. Noli enim credere totum hoc praeceptum repetendum esse a grammaticorum incuria atque ignorantia veterem scripturam EI pravo accipientium. Cum enim Ionica litteratura multo prius in privato quam in publico usu esset (certo enim Euripides, ut iam monimus, et Agathon, ut ex eius fragm. 4 apparet, eam adhibuerunt, neque minus in inscriptionibus<sup>1)</sup> res cornitur), iam in veteribus Atticorum scriptorum exem-

1) Ex titulis sepulralibus apud Atticos Ionicam litteraturam iam circa medium quintum a. Ch. saeculum in usu privato suisse cognoscitur, qua de re cf. Kochler — die attischen Grabsteine (Mitt. des deutschen Archäol. Inst. X) p. 378.



plaribus ει et η distincte poterant scripta esse idque animadvertere grammatici Alexandrini, ex quorum doctrina posteriores sua magnam partem hauserunt. Neque contra dicendum est illegitimam hanc esse εαι vocalium contractionem. Nam hodie nemo est qui nesciat quantum in talibus grassata sit falsa analogia, et distinguendi causa secundam pers. sing. indicativi et coniunctivi medii vel passivi ad similitudinem tertiae sing. ind. et coniunct. activi formabant. Inscriptioñum exempla quibus res demonstretur non existant. Apud Th. igitur recipiendum est ἥγαν VI 14, 1 ex Pal. et Gr., emendandum ἔπισχην I 129, 3. Verborum contractorum singularis opt. praeſ. forma Attica in ην, ης, η exit eaque Th. ubique usum esse apparet. Eae enim cum satis frequentes apud eum sint, per paucae restant quae emendatione egeant. Nam II 79, 9 δοκοίη in m. est, IV 105, 1 Pal. pro προσχωροῖ habet προσχωροίη, unde patet προσχωροίη legendum esse; δοκοῖ in δοκοίη corrigendum est II 100, 6. III 16, 1. Tragicos poëtas constat alteras formas quanquam rarius admisisse (cf. Aesch. Prom. 978. Ag. 1328. Soph. Ai. 314. OC. 405. 505. 1769. Ant. 552. Phil. 671. 895. 1044. Eur. Androm. 679. Hel. 157. Hipp. 336. Or. 1517), quibus comici prorsus abstinuerunt. Cf. Weekl. Cur. epigr. p. 33 Rutherf. ad Phryn. p. 442 sqq. Neque minus certum est optativorum in ην dualem et pluralem a veteribus Atticis ubique contractum esse. Formarum enim solutarum exempla apud Aeschylum et Sophoclem nulla tradita sunt; in uno Aristophaneo, Ran. 1448, recepta cod. Ven. scriptura τούτοισι χοησαίμεσθ' ἵσως σωθείμεν ἄν (χοησαίμεσθα omissa ἵσως Rav.) metrum σωθείμεν postulat; tria Euripidea correcta sunt, Hel. 1010 ἀδικοίημεν ἄν a Porsono in ἀδικοίην νιν ἄν, Cycl. 143 δρώημεν ἄν in ξυνδρώημεν ἄν a Dawesio, Ion. 943 φαίημεν ἄν in ξυμφαίημεν ἄν a Dindorfio, atque in duobus postremis exemplis ipsa sententia composita postulat. Cf. Rutherf. ad Phryn. p. 451 sqq. Verissime igitur Heraclides Milesius apud Eustath. p. 1907, 45 (fragm. 47 apud Cohn. in Stud. Berolin. I) ἡ ἀρχαία Ἀτθίς τὰ εὐκτικὰ συγκόπτει κατ' ἔξαιρεσιν μᾶς συλλαβῆς . . . κοσμηθείμεν καὶ διαχριθείμεν καὶ εἶμεν λέγοντες καὶ τὰ τούτων δεύτερα κοσμηθεῖτε καὶ διαχριθεῖτε καὶ εἴτε. Itaque apud Th. εἰμεν I 33, 3, εἰμεν I 9, 4. II 72, 2. III 22, 3. IV 96, 3, ἐκπεμφθείμεν I 38, 1, σφαλείμεν II 43, 1, σφαλείμεν VI 11, 4, πεισθείμεν III 42, 4. VI 64, 1, ξυμβαίημεν IV 61, 7, γρωθείμεν VI 64, 1, διασωθεῖτε VII 78, 7, φαίημεν VIII 53, 3 restituenda sunt. Neque magis tolerandae sunt tertia sing. et plur. optat. aor. in εαι et εαιεν. Nam in diversis poëtarum scaenicorum secundae tantum personae in



atque exempla inveniuntur, apud tragicos duo Euripidea (nam Med. 1109 neque in diverbio est et ibi Prinzius recte scripturam κυρήσει praetulit), quae facillimo negotio corrigi queant (legatur enim Med. 325 ἀναπείσεις ποτέ pro ἀν πείσαις ποτέ et Iph. T. 1184 σώσης pro σώσαις), apud Aristophanem quattuor quae quidem removeri nequeant, quorum duo (Vesp. 572. 726) in anapaestis sunt eaque re excusationem habent (cf. Rutherford. ad Phrym. p. 51), duo in Pluto fabula (1036. 1134). Cf. Rutherford. l. l. p. 423 sqq. Itaque non solum III 49, 3 φθάσειαν pro φθάσαιν et V 111, 1 νομίσειαν pro νομίσαιν, sed etiam II 49, 3 στηρίξειεν pro στηρίξαι et II 84, 2 ἐκπνεύσειεν pro ἐκπνεύσαι reponenda sunt; IV 62, 2 autem, qui locus etiam alio vitio corruptus est, Herwerdenus certissima emendatione infinitivos παῖσαι et ξυνδιασῶσαι restituit. Macedonicae aetatis esse imperativorum formas in ωσαν veteres Atticae inscriptiones (cf. Meisterh. § 39, 7) et poëtarum scaenicorum sermo uno consensu affirmant (Eur. Iph. T. 1480 facilis est emendatio εἰς σὴν λόντων pro ἵτωσαν εἰς σὴν). Quare I 34, 1 μαθόντων, III 39, 6 κολασθέντων, III 67, 2 ὀφελείσθων, IV 92, 7 κτάσθων restitui debet; pro ἔστωσαν, quod VIII 18, 3 traditum est, in Atticis quidem titulis est ὄντων (Meisterh. § 42, 2, 2), sed cum inde factum esse ἔστωσαν minus veri sit simile, ἔστων rescribendum esse putamus, quod neque omnino ab Atticorum consuetudine videtur alienum fuisse (cf. Plat. Rep. 502 a. Legg. 759 e) et, si fuisset, in foedere Lacedaemoniorum cum Tissapherne eandem excusationem haberet atque ἦν et ἐπῆν. Terminationem Doricam, quam Attici constanter adhibuerunt futuro πεσοῦμαι, poëtae scaenici ubi metrum postulabat etiam in φενξοῦμαι (Eur. Med. 338. 341. 346. Hel. 500. 1041. Arist. Ach. 1129. Av. 932. Nub. 443. Plut. 447. 496) et πνευσοῦμαι (Arist. Ran. 1221) ad miserunt (peculiare enim est κλαυσοῦμαι in hexametris positum Arist. Pac. 1081), neque intellegitur cur quod in aliis verbis non fecerunt in his sibi concesserint, nisi per ipsius Attici sermonis usum id licuisset. Quod si ita est, ne hoc quidem videtur negari posse, idem in verbo πλεῖν factum esse, cuius futurum πλευσοῦμαι apud Th. Xenophontem Demosthenem identidem traditum est. Poëtarum scaenicorum usu in hoc verbo nihil decernitur, cum simplicis nulla apud eos exempla exstant, compositi unum συμπλευσοῦμαι Eur. Hel. 1067, cuius forma Dorica omnino extra metrum tragicī dialogi est. Itaque nimium videtur contendere Rutherford. l. l. p. 93. Optimorum codd. auctoritate commendantur optativi ad similitudinem verborum contractorum formati ἐπιθούμενα, ἐπι-



θοῖντο, ξυνεπιθοῖντο, προοῖντο, προθοῖντο, nisi quod tertiae personae partim falso προπαροξύνονται, quod idem perperam in coniunctivis ἐπιθῶνται, ἐπιθῆται, ξυνθῶνται, προησθε, προσθῆσθε fieri Herod. I 462, 1 praecepto cognoscitur. Aoristorum ἔθηκα et ἔδωκα in titulis Atticis ante a. 376 a. Ch. singularis tantum activi exstat (cf. Meisterh. § 42, 3) neque aliter hi et aor. ἥκα in Aeschyli et Sophoclis tragediis leguntur. Aristophanes quoque reliquis formis abstinuisse videtur, cum Ach. 101 ξυνείκαθ' pro ξυνήκαθ' ponere liceat et quod in anapaestis Nub. 908 legitur ἐντειναμένους τὴν ἀρμονίαν ἦν οἱ πατέρες παρέδωκαν non solum hac ipsa re excusationem habeat, sed etiam eo quod ille carmini lyrico, fortasse uni eorum quae proximo versu memoravit, alludere videtur. Neque in fragmentis poëtarum veteris comoediae ullum eiusmodi exemplum exstat. Complura apud Euripidem sunt, ita ut hic talia primus in sermonem poësis scaenicae recepisse videatur. Cf. ἀνῆκαν Bacch. 458, καθῆκαν Ion. 1200, ἔθηκαν Herc. 590. Hec. 1156. Phoen. 30. Or. 1166. 1641, ἔδωκαμεν Cycl. 296, προυδώκαμεν Heracl. 463, ἔξεδωκαν Heracl. 319, παρέδωκαν Med. 629, προσηκάμην El. 622. Etiam Th. antiquiorem usum videtur secutus esse, cum constanter apud eum ἔθεσαν et ἔδοσαν, et simplicia et composita, legantur, nisi quod V 32, 1 M. ἔδωκαν pro ἔδοσαν habet, quod sine dubio librario debetur recentiorem formam pro antiquiore substituenti. Itaque ne παρῆκαν quidem IV 38, 1 et ἀφῆκαν VII 19, 4 apud eum videtur tolerandum esse, praesertim cum priore loco codd. scriptura fluctuet (*παρῆκον* Vat. Pal., *παρεῖκον* corr. It. Aug., *παρεῖκαν* b. D.), sed rescribendum *παρεῖσαν* et ἀφεῖσαν, pariter atque reliquis locis ἀνεῖσαν V 32, 4, ἀφεῖσαν V 81, 1. VII 53, 4 traditum est. Perfecti et plusquamperfecti activi verbi ἵστημι longiores formas praeter breviores in usu fuisse et inscriptiones (Meisterh. § 42, 4 c) et poëtarum scaenicorum usus (cf. Soph. Ai. 1074. Eur. Cycl. 681. Hel. 438. fragm. 994. Arist. Av. 554) comprobant. Quod ad eiusdem verbi participium attinet, III 9, 1 τὸ καθεστῶς et IV 10, 1 τὸ περιεστῶς (v. l. τὸ καθεστὸς et τὸ περιεστὸς) scribendum esse et eo apparet quod neutrum ἔστως ex ἔσταός factum est et, ut docuit Riemannus (Bull. de corresp. Hellén. III p. 441 sq.), grammaticorum testimoniis (Etym. magn. 224, 9. Crameri Anecd. II p. 111. 152) confirmatur. In suspicionem non videntur vocanda esse ἀπολλύονται pro ἀπολλύασι IV 25, 5 et ὄμνυον pro ὄμνυσσαν V 19, 2. 24, 1, quia in Arist. Plut. 719 συμπαραμιγνύων metro defenditur. De inscriptionibus dubium quidem est num CIA I 93, 11 <ἀμ>φιεννύονται an <ἀμ>



φιεννύσοιν legendum sit, sed ὥμηνον est in CIA II 160, 3 (336 a. Ch.); quod vero in duabus antiquioribus CIA IV 71, 24. 116 d 5 ὅμηνται, ὅμηντ<ω> exaratum est, id in tanta exemplorum paucitate haud multum valet. Neque minus dubitamus num I 22, 3 cum Herwerdeno παρῆι pro παρῆν scribere necessarium sit. Nam primam pers. ἡν agnoscit Herod. II 835, 17 duo afferens exempla, unum Arist. Plut. 28, ubi ἡ hiatum officeret, alterum ex Menandro (fragm. 100). Accedunt Arist. Plut. 659. 822. Eur. Alc. 655. Hipp. 1012. Iph. A. 944. Ion. 280, ubi item insequenti vocali ἡν necessarium est. Imperfecti verbi ἔται tertiam pers. ἡσαν esse tribus potissimum de causis statuendum est. Primum enim poetae scaenici ἡμεν (Aesch. fragm. 171 Dind. Eur. Androm. 1102. El. 775. Arist. Plut. 659. Call. fragm. 17 Kock.), ἡτε (Eur. Cycl. 40), ἡσαν (Arist. Equ. 605. fragm. 161 Kock. Agath. fragm. 1. Theodect. fragm. 8) formas exhibent inter se plane consentientes; deinde Th. ἡσαν dixisse diserto testimonio schol. ad Plat. de Rep. 449 a constat, quod prope totum Suid. s. v. ἡα exscripsit et sic legendum est: ἡα δισυλλάβως τὸ ἐπορευόμην. σὺν τῷ λῶτα γράψεται οἱ γοῦν "Ιωνες ἡα λέγουσι· καὶ ἡσαν (codd. i adscripto ἡισαν) τὸ ἡεσαν (codd. ἡεσαν)· καὶ παρὰ Θουκυδίδῃ οὐτως ἀναγνωστέον· ὅτι ἀκμάζοντες ἡσαν (codd. ἡισαν) ἐσ αὐτόν· οἱ δὲ "Ιωνες ἡεσαν (codd. ἡεσαν) καὶ ἡσαν; denique ἡσαν non solum I 1, 1 servatum est in Aug., ubi i adscripto ἡισαν legitur, et ex correctura scriptum in m., sed etiam ἡεσαν librariis et sermoni communii deberi inde apparet quod eam formam etiam pro ἡσαν intulerunt ubi id ab ἔται profectum esse opinarentur (sic IV 39, 2. 42, 3 ἀπήσαν pro ἀπῆσαν traditum est). Simile atque in ἡεσαν in ἐδεδίσαν (IV 55, 3. V 14, 2) vitium est. Ad δέδιμεν enim et δέδιτε (III 53, 4. 56, 6. 57, 4. IV 126, 3) ἐδεδίσαν convenient. Cf. Phryn. p. 180 λέγε τετρασυλλάβως ἄνεν τοῦ ε ἐδεδίσαν. Eodem vitio III 53, 4 in uno cod. δεδίαμεν scriptum est. Sed non assentior Herwerdeno ἐδεδίκεσαν improbanti, quod idem in Xen. Anab. III 53, 4 traditum est. Cf. δεδοκατε Arist. Eccl. 181.

Pro διεξωσμένοι, quod I 6, 5 omnes libri praebeant, διεξωμένοι a Th. scriptum esse et Suid. s. v. στέσται testatur et inscriptiones confirmant (cf. Meisterh. § 43, 12). Eodem vitio in omnibus fere libris III 54, 1 δεδρασμένον legitur. Nam ut δρᾶμα sic δεδραμα, neque altera forma aoristo ἐδράσθη (III 38, 4. VI 53, 2; cf. δραστήριος, δραστικός) stabilitur. Cf. enim κέκλημα ἐκλήσθη et ἐρρωματ ἐρρώσθη. Cum igitur in talibus σ a librariis profectum esset appareat, IV 26, 5 ἀληλεμένον (v. 1. ἀληλεσμένον) vera

εται, Quæst. gram.



scriptura est, quod confirmat Amphidis comicī fragm. 9. Contrario vitio II 92, 1 in duobus libris *κελεύματος* scribitur pro *κελεύσματος*. Cf. *κεκέλευσματι*. Atticum non esse *τάμωμεν*, quod I 81, 6 in libris traditum est, sed *τέμωμεν* inscriptiones docent (Meisterh. § 43, 24). Neque magis *κεκηῶτας* pro *κεκηκότας* in plerisque libris scriptum III 59, 2. Cf. Eustath. p. 641, 2. Poll. III 106. Contra Atticis prorsus inusitatas fuisse formas *ξοικότες* (III 38, 5) *ξοικώς* (VIII 71, 2) *ξοικέναι* pro *εἰκότες* *εἰκώς* *εἰκέναι*, quod contendit Herwdenus, non satis videtur constare. Nam haec per falsam analogiam ad singularem *ξοικά* eadem ratione accommodata esse possunt qua in *ἔσιγμεν* (Soph. Ai. 1239. Eur. Heracl. 427. 681. Cycl. 99) indidem *οι* pro *ι* irreprsit (Cf. G. Mey. Gr. Gr. § 549 sq.) Nec desunt quae rem firment poëtarum exempla. Licet enim salvo metro in Arist. Vesp. 1142 et fragm. 646 Kock. pro *ξοικέναι* possit *προσεικέναι* ponit, tamen miro casu duobus diversissimis locis idem vitium exstitisset. Itaque ne in Soph. quidem fragm. 682 Dind. *σκιαῖς* *ξοικότες* in *σκιαῖσιν* *εἰκότες* mutandum esse putamus. Contra falso codd. VI 55, 2 *ἀπεικότως*, cum reliquis locis omnibus Th. *εἰκότως* et *ἀπεικότως* (I 73, 1. II 8, 1. VIII 68, 4) habeat. Veteres Attici utrum *ἐπιμέλομαι* an *ἐπιμελοῦμαι* vel utrumque dixerint ex titulis ante Euclidem factis dijudicari nequit. Postea inde ab a. 369 a. Ch.-invenitur *ἐπιμελοῦμαι*, sed *ἐπιμέλομαι* etiam a. 322 a. Ch. (cf. Meisterh. § 43, 11). Neque ex poëtarum scaenicorum usu res certo cognoscitur. Nam legitur quidem *ἐπιμελούμεθα* in Eur. Phoen. 556, sed in versibus a Nauckio electis, et in Arist. Vesp. 154. Plut. 1117 per metrum *ἐπιμέλου* et *ἐπεμέλεσθ'* scribere licet. Certum est Th. ubique *μεταμέλεσθαι* dixisse. Ad quod cum convenienter verbi *ἐπιμέλεσθαι* formae quibus usus est VI 54, 6. VII 39, 2, reliquis locis (IV 118, 3. VI 91, 5. VII 8, 3. VIII 39, 2) corrigendum esse censemus. Praesentis *αἵσθομαι* nullum apud Th. invenitur vestigium quin in solo accentus discriminē id consistat. Nam *αἵσθεσθαι* V 26, 5. VI 58, 1. VII 75, 2 aliquot boni codd., pauciores *προαίσθεσθαι* II 93, 4. III 83, 4. Cum igitur ne consentiat quidem librorum memoria, aoristi infinitivus ubique restituendus est. Idem valet in *ἀπέχθεσθαι* I 136, 1 omnium librorum consensu tradito. Cum enim alibi praesens sit *ἀπεχθάνομαι*, aoristi infinitivus *ἀπεχθέσθαι* rescribendus est ad sententiam optime conveniens.



# Neuer Verlag von B. G. Teubner in Leipzig.

1886. II. Semester.

Soeben sind erschienen:

**Hart, Dr. Gustav**, Oberlehrer am Gymnasium zu Mülhausen im Elsass, zur Seelen und Erkenntnislehre des Demokrit. [32 S.] 4. geh. M. 1.—

[**Homer.**] Die Homerischen Hymnen herausgegeben und erläutert von Dr. ALBERT GEMOLL, Rektor des Progymnasiums zu Striegau. [XVI u. 378 S.] gr. 8. geh. n. M. 6.80.

**Schaefer, Arnold**, D. ph., vorm. Geh. Rat und Prof. an der Universität Bonn, Demosthenes und seine Zeit. Zweite revidierte Ausgabe. Zweiter Band. [VIII u. 566 S. mit Titelbild.] gr. 8. geh. n. M. 10.—

Der dritte Band (Schluß) wird nur geringen Umfang haben und Anfang 1887 erscheinen.

**Ostermann, Professor Dr. Christian**, Gymnasial-Oberlehrer a. D., lateinisches Vocabularium grammatisch geordnet in Verbindung mit einem Übungsbuche. Zweite Abteilung. Für Quinta. Neunzehnte Doppel-Ausgabe. [38 S.] gr. 8. Kart. M. — .30.

**Wesener, Dr. P.**, griechisches Elementarbuch zunächst nach den Grammatiken von Curtius, Koch und Franke-Bamberg. Erster Teil. Das Nomen und das regelmäßige Verbum auf  $\omega$  nebst einem systematisch geordneten Vocabular. Zwölftes Ausgabe. [116 S.] gr. 8. geh. M. — .90.

## Schulausgaben griechischer und lateinischer Klassiker mit deutschen Anmerkungen.

**Anthologie aus den Lyrikern der Griechen**. Für den Schul- und Privatgebrauch erklärt und mit literarhistorischen Einleitungen versehen von E. BUCHHOLZ. Erstes Bändchen: Die Elegiker und Iambographen enthaltend. Vierte vielfach umgearbeitete und erweiterte Auflage. [VIII u. 195 S.] gr. 8. geh. M. 1.80.

**Cicero de oratore**. Für den Schulgebrauch erklärt von Dr. KARL WILHELM PIDERIT. Sechste Auflage besorgt von O. HARNECKER. Erstes Heft: Buch I. [XII u. 216 S.] gr. 8. geh. M. 1.80.

Vorläufig erscheint nur das erste Heft, Buch I dieser Ausgabe, in neuer Auflage.



Bibliotheca scriptorum  
Graecorum et Romanorum Teubneriana.  
Textausgaben.

Aristotelis qui serebantur librorum fragmenta colligit VALEN-  
TIUS ROSE. [IV u. 463 S.] 8. geb. M 4. 50.

Zur Gesamtausgabe der Schriften des Aristoteles, welche zunächst in Separatausgaben erscheinen und später in Bände vereinigt werden.

Ausonii, Decimi Magni, Burdigalensis, opuscula. Recensuit  
RUBENUS PRIER. Adiecta est tabula. [CXXVIII u. 556 S.]  
8. geb. M 6. 60.

Euclidis opera omnia. Ediderunt I. L. HEIBERG et H. MEXER.

Euclidis elementa. Edidit et latine interpretatus est I. L.  
HEIBERG, Dr. phil. Vol. III. Librum X continens. [VI u.  
417 S.] 8. geb. M 4. 50.

Vol. I, II und IV sind früher erschienen. Vol. V der Elementa  
erscheint Osterm 1887.

Galli institutionum iuris civilis commentarii quattuor.  
Separatum ex "Iurisprudentiae antieustinianae reliquiarum" edi-  
tione quinta edidit PA. E. HUSENKE. [266 S.] 8. geb. M 2. 70.

Iurisprudentiae antieustinianae quae supersunt. In usum  
marime academium composit, recensuit, admetat PA. EOU-  
ARDUS HUSENKE. Editio quinta denovo aucta et emendata.  
[XX u. 880 S.] 8. geb. M 6. 75.

Die fünfte Auflage der "Iurisprudentiae antieustinianae reliquiae"  
ist von dem verstorbenen Herausgeber noch vollständig selbst besorgt  
worden. Der Revisor der Druckbogen hat sich Geh. Justizrat Schwartz  
in Breslau unterzogen.

Ulpiani, Domitii, quae vulgo vocantur fragmenta sive ex  
Ulpiani libro singulari regularam excerpta. Accedit  
eiusdem institutionum reliquiae ex codice Vindobonensi. Sepa-  
ratum ex "Iurisprudentiae antieustinianae reliquiarum" editione  
quinta edidit PA. E. HUSENKE. [88 S.] 8. geb. M — .75.

Vergili Maronis, P., Bucolica, Georgica, Aeneis. Recognovit  
ORRO GERITIANUS. Tom. I. Bucolica, Georgica. [XXII u. 89 S.]  
8. geb. M — .45.

Tom. II. Aeneis. [XXXVI u. 274 S.] 8. geb. M — .90.

Neben dieser neuen Textausgabe des Vergil wird die Ribbeck'sche  
weit verbreitete Ausgabe selbstverständlich auch hier fortgeführt.

Leipzig, im September 1886.

B. G. Teubner.

